10. *a forensi strepitu* de or. II, 55 apud Graecos eloquentissimi homines remoti a causis forensibus . . ad scribendam historiam maxime se applicaverunt.

B. *Tractatio* 33—236. Einleitung und Uebergang: 1) 33—35; 2) 36; 3) 37—42.

11. *quem volumus* 20 oder quem quaerimus 3. 69; *inchoandum,* insofern das bisherige gleichsam nur die Prolegomena enthielt und jetzt erst dazu übergegangen werden soll, die Grundzüge des orator selbst aufzustellen; mit inchoare weist aber Cic. zugleich darauf hin, dass die Darstellung nur darauf Anspruch macht, dem Idealbild des orator sich zu nähern, vollständig wiedergeben lässt sich das Ideal nicht 19.

12. *informandum* 7. 37; s. d. krit. Anh.

13. *magnum* etc. 75.

15. *porro* fort und fort Catull. 44, 3 te perdite amo atque amare porro omnes sum assidue paratus annos.

doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam incredibili fama virtutum admirabilium, quae specie dispares prudentia coniunguntur.
34 Quid enim tam distans quam a severitate comitas? quis tamen umquam te aut sanctior est habitus aut dulcior? Quid tam difficile quam in plurimorum controversiis diiudicandis ab omnibus diligi? consequeris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuas, aequos placatosque dimittas. Itaque efficis ut, cum gratiae causa nihil facias, omnia tamen sint grata quae facis. Ergo ex omnibus terris una Gallia communi non ardet incendio; in qua frueris ipse te, cum in Italiae luce cognosceris, versarisque in optimorum civium vel flore vel robore. Iam quantum illud est, quod in maximis occupationibus numquam intermittis studia doctrinae, semper aut
35 ipse scribis aliquid aut me vocas ad scribendum! Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto; quem ipsum numquam attigissem, tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti et illius memoriam mihi caram excitanti non parere nefas esse duxissem. Sed testificor me a te rogatum et recusantem haec scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit,

2. *virtutum* etc. wie du sie in der Verwaltung deiner Provinz beweisest; *specie dispares* ‚dem Scheine nach ungleichartig‘; *prudentia coniunguntur* ‚werden sie im Leben durch kluges Verhalten weise geeinigt‘, so dass in der Wirklichkeit die eine die andere nicht ausschliesst.

4. *sanctior* sittlich-reiner, strenger, de or. I, 229 cum esset ille vir (sc. Rutilius) exemplum innocentiae, cumque illo nemo neque integrior esset in civitate neque sanctior; *dulcior* im Umgang liebenswürdiger, freundlicher.

7. *gratiae — grata* mit leicht ersichtlichem Wortspiel: nichts thust du aus Parteilichkeit und bist doch bei allen Parteien beliebt.

8. *Ergo* dort allein ist Friede, sonst überall Bürgerkrieg; das ist dein Verdienst, ein Compliment zugleich für Cäsar, dass er in der Wahl des Brutus zum Proconsul von Gallia cisalpina einen so guten Griff gethan.

9. *frueris ipse te* du erntest gleich selbst die Früchte deiner eigenen Gerechtigkeit und Humanität in der allgemeinen Anerkennung, die dir zu Teil wird.

10. *cum* ‚indem‘; *in Italiae*, insofern Gallia cisalpina noch zu Italien gehört, *luce* im Gegensatz zu: in barbararum earumque remotissimarum terrarum tenebris et caligine; in weiter Ferne würde Niemand von deinen Tugenden etwas erfahren, du hättest nichts davon; *civium* die dich verstehen u. deine Verdienste zu würdigen wissen, wieder im Gegensatz von barbarorum, denen der Statthalter meist ganz fremd bleibt.

11. *flore* Jugendblüte, die junge Mannschaft; *robore* kräftiges Mannesalter, die schon etwas durchgemacht haben; Liv. XXVII, 44 castra . . relicta sine duce cum exercitu, cui detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit; *iam* ‚ferner‘, ‚weiter‘; *in* trotz.

13. *Itaque* deiner Aufforderung gemäss Einl. § 5; *hoc* sc. scribere, d. h. den orator.

14. *quem* etc. damit sucht sich Cic. hauptsächlich dem mächtigen Cäsar gegenüber zu rechtfertigen. Einl. § 18.

17. *haec* ‚das vorliegende Werk‘ (bezieht sich nicht mehr auf den Cato).

18. *sustinere* vgl. 238.

19. *potuero* wenn es sich dann herausgestellt haben wird; *iniusti*, weil meine Kräfte übersteigend.

mea recepti; in quo tamen iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit.

Sed in omni re difficillimum est formam, qui χαρακτήρ 11 36
Graece dicitur, exponere optimi, quod aliud aliis videtur optimum. Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum; Pacuvio, inquit alius, omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus, multa apud alterum neglegentius; fac alium Accio; varia enim sunt iudicia, ut in Graecis, nec facilis explicatio, quae forma maxime excellat. In picturis alios horrida inculta opaca, contra alios nitida laeta collustrata delectant: quid est, quo praescriptum aliquod aut formulam exprimas, cum in suo quodque genere praestet et genera plura sint? Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus existimavique in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiamsi lateret, idque ab eo posse, qui eius rei gnarus esset, iudicari.

Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa ne- 37
que in unam formam cadunt omnia, laudationum et historiarum et

1. *iudicii nostri errorem* etc. d. h. der Tadel, dem eine Ueberschätzung meines geistigen Vermögens (iudicii errorem) etwa begegnen mag, wird sich ausgleichen (aufheben) durch das Lob, das mein guter Wille dir zu dienen finden wird. Aehnlich der Gedanke § 238 a. E.

3. *forma optimi* die Idee des Schönen, das worin sich das Wesen des Schönen an sich *τὸ καλὸν καθ' αὐτό* scharf und bestimmt ausprägt, wie das Stempelbild auf der Münze (134); der Abdruck aller charakteristischen Merkmale in einem Gesamtbild.

4. *Graece* wie z. B. Phaedr. p. 263 B, ein bestimmtes, untrügliches Kennzeichen oder Merkmal (nota).

8. *ut in Graecis* de or. III, 27.

9. *in picturis* de or. III, 98 Quanto colorum pulchritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque quam in veteribus! quae tamen etiamsi primo aspectu nos ceperunt, diutius non delectant, cum eidem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque teneamur; *horrida* 20. *inculta* 28.

10. *laeta* wie in laetae segetes, lachend, heiter; de or. I, 81 nitidum quoddam genus est verborum et laetum; *quid est quo* etc. womit lässt sich eine absolute und allgemeingiltige, unabänderlich feststehende Vorschrift aufstellen, wie sie den formell-fixierten juristischen Bestimmungen eigen ist, wo die Rechtsgiltigkeit eines Actes von der strengen Einhaltung und Beobachtung der genau vorgeschriebenen Formel abhängig ist 75. Brut. 275. *cum* etc. de or. III, 34.

12. *religione* hier ‚Bedenken‘.

15. *iudicari* ‚als solches erkannt werden‘. s. d. krit. Anhang.

16. *genera:* gemeint sind die bekannten 3 genera dicendi, das iudiciale (*δικανικόν*), deliberativum (*συμβουλευτικόν* oder *δημηγορικόν* oder *ἐκκλησιαστικόν*) und demonstrativum (*ἐπιδεικτικόν*); *neque* etc. nicht alle genera (sondern nur die beiden ersten) passen in den Rahmen einer Form, lassen sich unter einen Gesichtspunkt bringen 95. 118. 188. 191. de or. II, 5. 47. 113. *cadunt* 95. 188.

17. *laudationum:* damit wird das *γένος ἐγκωμιαστικόν* (als vorzüglichste Form des *ἐπιδεικτικόν*) bezeichnet Part. or. 10. 70. Quint. III, 4, 12 est igitur, ut dixi, unum genus, quo laus ac vituperatio continetur, *sed est appellatum a parte meliore laudativum.* So de or. II, 43 nam illud tertium (genus) — laudationes; 65. 333 praecepta quae de suasionibus tradenda sunt aut de laudationibus; 340. Part. or. 98. Top. 91 s. d. krit. Anhang. — Auf

talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum multique alii
qui sunt nominati sophistae, reliquarumque scriptionum formam,
quae absunt a forensi contentione, eiusque totius generis, quod
Graece ἐπιδεικτικόν nominatur, quod quasi ad inspiciendum de-
lectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore; —
non quo neglegenda sit; est enim illa quasi nutrix eius oratoris,
quem informare volumus et de quo molimur aliquid exquisitius
12 dicere. Ab hac et verborum copia alitur et eorum constructio et
38 numerus liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam venia con-
cinnitati sententiarum, et arguti certique et circumscripti verborum
ambitus conceduntur, de industriaque, non ex insidiis, sed aperte

dieses genus will Cic. (ähnlich wie de or. I, 22. II, 43. 340) nicht näher eingehen; denn es gehört der pompa, nicht der acies forensis an 42. de or. I, 81; *historiarum:* zum γένος ἐπιδεικτικόν gehören nicht allein die eigentlichen Lobreden, sondern auch die in der panegyrischen Manier der Isokratischen Schule eines Theopompos oder Ephoros abgefassten Geschichtsdarstellungen (die historiae panegyricae) 66. 207.

1. *talium suasionum:* desgleichen gehören zum genus demonstrativum die nur scheinbar in das Gebiet des γένος συμβουλευτικόν fallenden, dem Vorbild des Isokratischen Panegyrikos folgenden Reden. Quint. III, 4, 14 an quisquam negaverit, panegyricos ἐπιδεικτικούς esse? atqui formam suadendi habent, atque plerumque de utilitatibus (vgl. de or. I, 141) Graeciae loquuntur.

2. *reliquarumque scriptionum*, der sonstigen, der blosen Parade-Beredsamkeit angehörigen Stoffe, wie z. B. der lobpreisenden Charakterschilderungen.

3. *forensi contentione* 208. de or. I, 22 Graecos video seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versaretur et id unum genus (d. h. das iudiciale und deliberativum der contio) oratori reliquisse.

4. *quasi ad inspiciendum.* Diese Prunk- und Schaureden gleichen Gemälden, bei deren Beschauung man lediglich um des ästhetischen Genusses willen verweilt; man hört sie eben nur des Genusses wegen.

6. *non quo neglegenda sit:* der Grund, warum das genus demonstrativum von der Betrachtung ausgeschlossen ist — ‚aber zur acies forensis gehört es nicht‘ — folgt erst § 42; *quasi nutrix*, 42 *educata huius nutrimentis* eloquentia ipsa se postea colorat et roborat; M i l c h wol gibt dieses genus gymnasiis et palaestrae dicatum (42) und leistet dem Redner gewisse formelle Dienste, aber die starke Speise der acies forensis gewährt es nicht.

7. *informare* 7. 33. 85.

8. *Ab hac* indirect: unter ihrem Einfluss 207 ff.; *eorum constructio* kunstmässige (rhythmische) Wortstellung oder structura verborum 20. 150. 219; duas res efficiens, numerum et levitatem de opt. gen. or. 5.

9. *concinnitati sententiarum* einer symmetrischen Ordnung der Gedanken oder Sätze und einem gewissen Parallelismus membrorum; ‚sententiae suam compositionem habent‘ de opt. gen. or. 5.

10. *arguti* ‚helltönend‘, d. h. stark ins Ohr fallend 39. 42; *certique* von einem bestimmten Masse, einer regelrechten Gliederung der Sätze, bes. der Protasis und Apodosis; *circumscripti* abgerundet, geschlossen mit rhythmischem Fall 200. 149. 207. 221; *verborum ambitus* ist die Uebersetzung von περίοδος 204 ff. (168).

11. *ex insidiis* versteckter Weise, etwa um den Gegner zu berücken, ohne dass er es merkt 170; *aperte:* es ist das alles ja gerade für das ἐπιδείκνυσθαι der ἐπίδειξις bestimmt 84.

ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia comparenturque contraria et ut pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum; quae in veritate causarum et rarius multo facimus et certe occultius. In Panathenaico autem Isocrates se ea studiose consectatum fatetur; non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat. Haec tractasse Thrasymachum Cal- 39
chedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates; quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia, minuta et versiculorum similia quaedam nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles, quorum aetas cum in eorum tempora quos nominavi incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis afuerunt. Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum, primisque ab his, ut ait Theophrastus, historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere. Horum 13, 40

1. *quasi dimensa* 147; *paria ἰσόκωλα*; *pugnantia — contraria ἀντίθετα*, 65 paria paribus referunt, adversa contrariis, 84, 135, 164 paribus paria redduntur sive opponuntur contraria; 175 paria paribus adiuncta, contrariis relata contraria; 220. part. or. 21.

3. *pariter extrema terminentur ὁμοιοτέλευτα; eundemque — sonum ὁμοιόπτωτα*, 84 similiter conclusa eodemque pacto cadentia; 135. 164. de or. III, 206.

4. *in veritate causarum* im wirklichen Leben, wo es sich um wirkliche, auf dem Forum vorkommende Fälle (verae causae 221. 225) handelt, nicht um fingierte Fälle (causae fictae), wie bei den Prunkreden der Sophisten. So wird veritas in der Bedeutung ‚das wirkliche Leben' von Cic. häufig gebraucht de or. I, 149. 157. 220. II, 94. III, 214.

6. *ad voluptatem aurium* 190. de or. III, 173.

10. *arguta* s. 38; *ut* wie sich das bei Dingen, die eben erst im Werden begriffen waren und zum erstenmal hervortraten, nicht wol anders erwarten lässt. *nascentia* ad Fam. I, 7, 8 qui nascenti prope nostrae laudi dignitatique favisti.

11. *minuta* 40. 150. 231 in kurzen Satzgliedern, die bei dem ihnen eigenen Rhythmus den Eindruck von lauter kleinen aneinandergereihten Versen machten und dem Stil den Charakter des zerhackten und kleinlichen gaben. Brut. 287 at quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa concinnitate .. puerile; *versiculorum* 67. 230; *nimiumque depicta* mit zu künstlich angebrachtem Farbenschmuck 15; die Farben (Tropen und Figuren) sind bis zur Ueberladung angebracht und zwar so, dass sich die Absichtlichkeit zu sehr kundgibt.

14. *ipsi* für ihre Person; *deliciis* Ueberverfeinerung und Ziererei, insofern überall gleichsam nur Confect, nirgends trocken Brot gegeben wird; *ineptiis* Geschmacklosigkeit, insofern das Manirierte und Affectierte hervortritt.

16. *canit bellicum* hier allgemeiner: bläst die Kriegsdrommete. Quint. IX, 4, 11 non eosdem modos adhibent, cum bellicum est canendum et cum posito genu supplicandum est.

17. *commota est* der hist. ward der erste Anstoss gegeben, wie das griech. κινεῖν, Sext. Empir. adv. dogmat. I, 6 Ἐμπεδοκλέα — πρῶτον ῥητορικὴν κεκινηκέναι.

18. *uberius* ‚voller' 46 (de or. II, 93) als die Logographen Pherekydes, Hellanikus, Akusilaos mit ihrer einfachen und schmucklosen, chro-

aetati successit Isocrates, qui praeter ceteros eiusdem generis laudatur semper a nobis, nonnumquam, Brute, leniter et erudite repugnante te. Sed credes mihi fortasse, si quid in eo laudem cognoveris. Nam cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse, Thucydides autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rotundus, primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias. In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes exstiterunt, domus eius officina ha-
41 bita eloquentiae est. Itaque ut ego, cum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates: 'Adulescens etiam nunc, o Phaedre, Isocrates est; sed quid de illo augurer lubet dicere. Quid tandem? inquit ille. Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur; praeterea ad virtutem maior indoles, ut minime mirum futurum sit, si, cum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis praestet omnibus, qui umquam orationes attigerunt; aut si con-

nikenartigen Darstellung, ‚qui *sine ullis ornamentis* monumenta solum temporum, hominum locorum gestarumque rerum reliquerunt etc.' de or. II, 53.

1. *Isocrates* wird hier nur in stilistischer Beziehung erwähnt und zwar in der Mitte zwischen den Sophisten einer- und den ältern Historikern, bes. Thucydides andererseits, sofern aus seiner Schule ja auch die rhetorisierenden Historiker hervorgiengen; *praeter ceteros* also hauptsächlich Theopompus u. Ephorus ‚qui — ab Isocrate magistro impulsi se ad historiam contulerunt' de or. II, 57.

3. *repugnante te* s. Einl. § 15; *credes* ‚wirst mir Recht geben'.

4. *concisus* ähnlich wie Brut. 287 quid est tam fractum, tam minutum? seine Perioden flossen nicht in einem Guss dahin, hatten zu viel Einschnitte, wodurch eben lauter kleine, abgebrochene Satzglieder entstanden und die Symmetrie zu kleinlich wurde.

5. *qui tamen* etc. das Verdienst bleibt ihnen dabei doch, mit einer Art technischem Bewustsein, ratione quadam (77) nach gewissen stilistischen Gesetzen mit der Periodenbildung in der soluta oratio den Anfang gemacht zu haben; *verba vinxisse* 168. 64. de or. III, 176.

6. *praefractior* er lässt die Periode nicht ungehemmt genug den Kreislauf vollenden, sondern knickt sie gleichsam vorher ein, wodurch der Ausdruck etwas zu schroff wird, s. 234 in Thucydide orbem orationis desidero.

7. *dilatare* als Correctiv für das concise ‚minutis numeris' dicere. Parad. prooem. 2 neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit efficit.

8. *explere,* also keinen schroffen Abbruch gestatten, den Kreis vollenden, als Correctiv für das praefractius dicere 168. 230.

9. *in scribendo* d. h. die rerum scriptores, die rhetorisierenden Historiker der isokrat. Schule de or. II, 94; *principes* de or. II, 94 ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius e ludo tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt Brut. 32.

10. *cum laudabar:* zugleich wol ein Wink, dass Ciceros laus Catonis einfach eine Pflicht der Dankbarkeit war 35.

13. *est — loquens* ‚wird redend eingeführt'; *quasi* ‚so ziemlich'.

tentus his non fuerit, divino aliquo animi motu maiora concupiscat; inest enim natura philosophia in huius viri mente quaedam'.
Haec de adulescente Socrates auguratur; at ea de seniore scribit 42
Plato et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum. Me autem qui Isocratem non diligunt una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis genus et solutum et adfluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro. Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verum haec ludorum atque pompae; nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus.

Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat et quo quid- 14, 43
que loco et quo modo, dicendum omnino est, quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus atque in tradenda arte dici solet. Nulla praecepta ponemus (neque enim id suscepimus), sed excel-

2. *philosophia quaedam* ,ein philosophischer Geist'.

3. *seniore* zu einer Zeit, in der Isokrates schon über 50 Jahre alt war.

4. *exagitator* 12, um so grösseres Gewicht hat sein Urteil, da es sicher nicht von irgend welcher Vorliebe für die Rhetorik eingegeben ist.

6. *dulce igitur* etc. Damit schliesst Cic. diese Vorbemerkung ab, an § 37 wieder anknüpfend; *dulce* im Gegensatz von acre, dem genus forense concertatorium. *solutum* im Gegensatz von vinctum ,locker, nicht strenge gebunden', wie ein weiches, weites Gewand 64. 77. de or. III, 173. 176. Brut. 32. *affluens* luxuriös, von üppiger Fülle wie ein Prachtgewand 79. *sententiis argutum* ,in Gedanken sinnig, das Ohr bestechend' 38.

9. *pompae* das Bild vom Festaufzug im Gegensatz von *ἀγών*, von Parade und wirklichem Kampf (acies), wird zur Charakteristik des genus demonstrativum im Gegensatz von genus forense (iudiciale) häufig gebraucht de or. II, 94 eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt; *palaestrae* de or. I, 81 nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et olei quam huius civilis turbae ac fori II, 84. Brut. 37.

10. *educata* ,aufgezogen' nach demselben Bild, wie de or. II, 123 vgl. II, 356 haec ars habet hanc vim, ut ea quae sunt orta iam in nobis et procreata, *educet* atque confirmet. *nutrimentis* 37 est illa quasi nutrix etc. de or. III, 105. Quint. II, 4, 20.

11. *ipsa* ,selbständig', wenn sie die Schule verlassen hat und ins Leben eintritt; *colorat* von der Wirkung der Sonne und des längern Aufenthalts im Freien: ,sich bräunt' de or. II, 60 ut cum in sole ambulem — fieri (solet) natura, ut colorer. Quint. VIII prooem. 19.

12. *incunabulis* wie de or. I, 23 ab incunabulis nostrae.. doctrinae.

13. *iam in aciem,* insofern nunmehr von der eigentlichen eloquentia des genus forense die Rede sein wird.

Schilderung des vollkommenen Redners nach den drei Hauptbeziehungen 43—236 u. zwar: I. hinsichtlich der *inventio* (*quid*) 44—49.

17. *in tradenda arte,* wo es die Aufgabe ist, das rhetorische System zu lehren, wie in der Schrift de inventione und de oratore.

18. *nulla* etc. Einl. § 4.

lentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus; nec quibus
44 rebus ea paretur exponemus, sed qualis nobis esse videatur. Ac
duo breviter prima; sunt enim non tam insignia ad maximam laudem quam necessaria et tamen cum multis paene communia.

Nam et invenire et iudicare quid dicas magna illa quidem sunt et tamquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae —, qua tamen in causa est vacua prudentia? Noverit igitur hic quidem orator, quem summum esse
45 volumus, argumentorum et rationum locos. Nam quoniam, quidquid est quod in controversia aut in contentione versetur, in eo aut sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur, — sitne, signis, quid sit, definitionibus, quale sit, recti pravique partibus; — quibus ut uti possit orator, non ille vulgaris, sed hic excellens, a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocat controversiam; latius enim de genere quam de parte disceptare licet; ut quod in

4. *cum multis* auch die Philosophen, Mathematiker, Grammatiker etc. haben die inventio, collocatio und memoria (§ 54) zu beachten; nur die elocutio bez. die actio sind wesentlich oratorische Acte, wie Cic. de oratore besonders im 1. Buch ausführlich nachweist. *illa quidem* 13.

6. *in corpore:* corpus ist die äussere Erscheinung, in der die Seele sich ausprägt, die Form, in der diese zur Erscheinung kommt; *prudentiae* de or. II, 120 alterum (sc. *quid* dicamus) quod totum arte tinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiae est paene mediocris, quid dicendum sit videre. Brut. 110. Quint. VIII prooem. 14.

7. *qua tamen* etc. doch in welcher causa hätte die prudentia nichts zu thun, könnte sie feiern, zur Abwehr eines etwaigen Misverständnisses, als ob deshalb nun etwa der Redner je der inventio und collocatio entraten könnte; daher noverit igitur etc.

8. *noverit* etc. 115. Damit werden kurz (bis § 50) die Forderungen aufgeführt, die sich auf das invenire beziehen, die Topik, die status, die θέσις und ὑπόθεσις und die tractatio argumentorum, lauter Dinge, die in den Büchern de or. als der eigentlichen Lehrschrift, ausführlicher behandelt werden; *quem—volumus* 14. 52. 114.

9. *argumentorum* etc. die Fundstätten, τόποι, sowol der auf Thatsachen, Rechtsnormen, Gesetzen etc. als der auf Vernunftgründen und Schlüssen beruhenden Beweise. Top. 7. s. ind. loci.

10. *in controversia* in Streitigkeiten (der Parteien) vor Gericht, wo also das genus iudiciale statt hat; *in contentione* im Ringen mit dem Gegner in der contio oder im Senat, wo also das genus deliberativum herscht de or. II, 227.

11. *aut sitne* etc. Damit werden die drei Hauptstatus causae angegeben 119, s. ind. status; *signis,* insofern mittels der vorhandenen Indicien gleichsam durch Conjectur der Thatbestand festzustellen ist, ad Her. I, 18.

12. *definitionibus* ‚quia vis vocabuli definienda verbis est‘ de inv. I, 10, wobei es sich also um die juristische Definition der zugestandenen Thatsache handelt de or. II, 107; *recti pravique partibus* bei dem status generalis (qualitatis), der Frage nach der Beschaffenheit der That, kommen die Kategorieen der Rechtmässigkeit oder Unrechtmässigkeit der Handlung in Betracht de or. II, 106; das sind hier partes, eigentlich Unterarten des Gattungsbegriffs de or. I, 189; *quibus* (sc. constitutionibus causae) wo man als in der Apodosis das demonstrativum erwartet, nach der Parenthese mit absichtlicher Anakoluthie.

13. *hic excellens* s. Einl. § 3; *a propriis* etc. s. ind. quaestio.

universo sit probatum, id in parte sit probari necesse. Haec igi- 46
tur quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis
orationem traducta appellatur ϑέσις. In hac Aristoteles adulescen-
tes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad co-
piam rhetorum, in utramque partem ut ornatius et uberius dici
posset, exercuit; idemque locos (sic enim appellat) quasi argumen-
torum notas tradidit, unde omnis in utramque partem trahere-
tur oratio. Faciet igitur hic noster (non enim declamatorem 15, 47
aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et per-
fectissimum quaerimus) ut, quoniam loci certi traduntur, percurrat
omnes, utatur aptis, generatim dicat, ex quo emanant etiam qui
communes appellantur loci. Nec vero utetur imprudenter hac
copia, sed omnia expendet et seliget; non enim semper nec in
omnibus causis ex eisdem argumentorum momenta sunt. Iudicium 48

4. *ad copiam* um des Parallelismus willen mit ad philosophorum morem tenuiter disserendi; auf copiam ruht der Ton; *rhetorum* im Sinne des griech. Wortes (um des literaturgeschichtlichen Gegensatzes zu philosophorum willen), also der Bedeutung nach hier soviel als oratorum 57. Quint. XII, 2, 5 philosophos (affirmat) cum ea dicendi viribus tuentur, uti rhetorum armis, non suis.

5. *in utramque partem* dem Princip der akademisch-peripatetischen Schule gemäss 3, 12 s. ind. academia; *ornatius et uberius* sc. als die Philosophen in ihrer dialektisch-trockenen Weise über ihre ϑέσεις zu disputieren pflegten 39.

6. *posset* ‚dass man nämlich im Stande sei', damit wird das angegeben, worin die copia rhetorum, das copiose dicere besteht; der Satz steht also dem tenuiter disserendi gegenüber; de or. III, 107 de virtute, de officio . . in utramque partem dicendi copiose et vim et artem habere debemus s. ind. academia; *argumentorum notas* Kennzeichen der Beweise, Erkennungszeichen, wo sie zu finden sind de or. II, 174 satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum.

8. *faciet* er wird bedacht sein, sich angelegen sein lassen; vgl. § 131 est faciendum ut etc.; *declamatorem de ludo*, der über die schulmässigen Redeübungen nicht hinauskommt de or. III, 138 at hunc (sc. Periclem) non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed Anaxagoras. *de* wird in solchen Verbindungen zur Bezeichnung des Orts gebraucht, wo sich Jemand nach seinem Metier aufzuhalten pflegt p. Mil. 65 popa nescio qui de circo maximo, oder pomarius de circo maximo, aurifex de via sacra, copo de via Latina (p. Cluent. 163).

9. *rabulam* einen gewöhnlichen Advokaten, der sich allenfalls die nötigen Kenntnisse der üblichen processualischen Formen verschafft hat, aber ohne jede höhere Bildung ist de or. I, 202 non causidicum nescio quem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus Brut. 180.

10. *loci certi* bestimmte, feststehende Kategorieen, die daher auch leicht zu übersehen sind de or. II, 163—173.

11. *ex quo* nämlich dem generatim dicere, s. ind. loci communes.

12. *nec vero:* an die allgemeine Erörterung der inventio argumentorum schliesst sich gleich die kurze Bemerkung über deren tractatio an, ganz wie de or. II, 175 ff.; *imprudenter* ohne Verstand, ohne Kritik.

14. *ex eisdem:* die *loci* argumentorum, die allgemeinen Kategorieen, sind zwar immer dieselben, aber das Gewicht der Beweise ist weder zu allen Zeiten noch in allen Fällen dasselbe, vielmehr sehr verschieden, so dass derselbe τόπος je nach den Zeitumständen u. dem concreten Fall das eine mal als passend, das andere mal als un-

igitur adhibebit nec inveniet solum quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim est feracius ingeniis, eis praesertim, quae disciplinis exculta sunt; sed ut segetes fecundae et uberes non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illis locis aut levia quaedam aut causis aliena aut non utilia
49 gignuntur; quorum ab oratoris iudicio delectus *nisi* adhibebitur, quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit suis, aut molliet dura, aut occultabit quae dilui non poterunt atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos aut aliud adferet, quod oppositum probabilius sit quam illud quod obstabit?

50 Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia collocabit? quo-

passend, bald als schwer wiegend und sehr erheblich, bald als von sehr leichtem Gewicht erscheint, de or. II, 308; *momenta* das Gewicht, die Beweiskraft de rep. III, 12 ut omnia *verborum momentis*, non *rerum ponderibus* examinet. Acad. pr. II, 124 contrariarum rationum paria momenta, p. Mur. 3. Auf momenta ruht der Nachdruck; *iudicium* Kritik, kritische Sichtung Part. or. 8 scrutabimur et quaeremus (argumenta) ex omnibus (locis), sed *adhibebimus iudicium*, ut levia semper eiiciamus, nonnumquam etiam communia praetermittamus et non necessaria.

1. *expendet* wie de or. II, 309 quae (argumenta) utilia sunt atque firma, si ea tamen, ut saepe fit, valde multa sunt, ea quae ex eis aut levissima sunt aut aliis gravioribus consimilia, secerni arbitror oportere atque ex oratione removeri. Equidem cum colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo quam *expendere* (oder ponderare).

2. *nihil* etc. die Beweise strömen uns oft nur so zu, wachsen wie Unkraut auf; eben darum ist auch Sichtung nötig.

4. *herbas* ‚Unkraut'; *effundunt* in üppiger Fülle hervorbringen Brut. 36 haec aetas effudit hanc copiam (oratorum).

5. *ex illis locis* sc. argumentorum als einem ager fecundus erwachsen neben guten und brauchbaren Beweisen auch unbrauchbare. Zur Führung eines wirksamen, oratorischen Beweises ist also delectus nötig.

6. *delectus nisi adhibebitur* s. d. krit. Anh. de or. III, 37, 150. *ab oratoris iudicio* die Kategorieen sind gegeben, die richtige Anwendung hängt von der Einsicht, dem kritischen Verstande des Redners ab.

7. *quonam modo* etc. und das ist doch die richtige Taktik, wie sie Antonius de or. II, 292 schildert: mea ratio haec esse in dicendo solet, ut boni quod habeat (sc. causa) id amplectar, exornem, exaggerem; ibi commorer, ibi habitem, ibi haeream; a malo autem vitioque causae ita recedam, non ut id me defugere appareat, sed ut totum bono illo ornando et augendo dissimulatum obruatur; *in bonis suis* bei dem was für ihn vortheilhaft ist; *haerebit* ‚festhangen, von etwas nicht lassen', wie § 137; *habitabit* bildlich für commorabitur, seine bleibende Wohnstätte aufschlagen, sich einwohnen.

8. *atque* ‚ja' zur Steigerung, § 52 rem difficilem atque omnium difficillimam, de leg. III, 32.

10. *obstabit* vom Standpunkt des Schriftstellers aus gedacht (während probabilius sit aus der Seele des Redners aufgefasst ist); das Futur, weil die ganze Vorschrift sich auf zukünftige Fälle bezieht 122 quae sumentur; 192 qui audient; 200 quaecumque dicent; de or. II, 314 quae excellent.

II. Hinsichtlich der *collocatio* oder Disposition (quo quidque loco) 50.

11. *collocabit* de or. II, 307—315; 332; die ordo collocatioque *rerum ac locorum* (mit der collocatio verborum nicht zu verwechseln) ist hier nur der Vollständigkeit wegen kurz erwähnt.

niam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet illustres, cumque animos prima aggressione occupaverit, *confirmabit sua,* infirmabit excludetque contraria; de firmissimis alia prima ponet, alia postrema inculcabitque leviora.

Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset summatim breviterque descripsimus. Sed, ut ante dictum est, in his 16
partibus, etsi graves atque magnae sunt, minus et artis est et laboris. Cum autem quid et quo loco dicat invenerit, illud est longe maximum, videre quonam modo. Scitum est enim, quod 51
Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. Quodsi in philosophia tantum interest quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur, quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego, Brute, ex tuis litteris sen- 52
tiebam, non te id sciscitari, qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vellem, sed id mihi quaerere vide-

1. *vestibula* de or. II, 320 oportet ut aedibus ac templis *vestibula* et *aditus*, sic causis principia pro portione rerum praeponere.

2. *cumque* etc. wie Antonius sein Verfahren in der Verteidigung des Norbanus schildert de or. II, 200 ff. Vgl. II, 315 prima est enim quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quae continuo eum qui audit, permulcere atque adlicere debet; 324.

3. *infirmabit* 122 sua confirmare, adversaria evertere. de or. II, 331 tum suggerenda sunt firmamenta causae coniuncte et infirmandis contrariis et tuis confirmandis. Part. or. 122. Darnach sind vor infirmabit hier die Worte *confirmabit sua* aus Versehen ausgefallen; weiter aber nichts, denn die narratio, bei der die collocatio rerum objectiv gegeben ist, braucht hier nicht erwähnt zu werden; eben so wenig als die peroratio hier aufgeführt wird. Andere nehmen eine grössere Lücke im Text an, weil der Abschnitt gar zu kurz abgemacht sei; *excludetque* als gänzlich unberechtigt und unhaltbar zurückweisen, wofür hernach § 122 evertere steht.

4. *de firmissimis* de or. II, 314 in oratione firmissimum quodque sit primum, dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea quae excellent, serventur etiam ad perorandum; si qua erunt mediocria — in mediam turbam atque in gregem coniiciantur; das letztere ist hier durch *inculcabitque leviora* ausgedrückt: zwischen die Kerntruppen (die starken Beweisgründe) mitten einzwängen, so dass die ‚Schwachen' verdeckt und von den ‚Starken' geschützt sind.

III. Hinsichtlich der *elocutio* (quo modo) bez. der actio 51—236, eine schwierige Aufgabe 51—53.

6. *qualis esset* sc. orator summus (§ 52 de or. III, 213), was vielleicht vor summatim ausgefallen ist.

7. *ante* § 44.

9. *laboris* im Gegensatz von naturae.

11. *noster,* insofern Cic. sowol als sein Freund Brutus sich als Anhänger der akademischen Philosophie bekannten 12. Brut. 120. 149. 332; *eadem — eodem modo* sc. als Carneades.

14. *quibus* etc. wo alles auf die Form der Darstellung ankommt.

15. *Quod:* das die Beziehung zum vorhergehenden Gedanken im Allgemeinen vermittelnde Relativ wird durch den Infinitivsatz non te id sciscitari seinem Inhalt nach näher bestimmt.

bare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem, rem difficilem, di immortales, atque omnium difficillimam. Nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas, tum et naturae variae et voluntates multum inter se di-
53 stantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam; distincta alios et interpuncta intervalla, morae respirationesque delectant. Quid potest esse tam diversum? tamen est in utroque aliquid excellens. Elaborant alii in lenitate et aequabilitate et puro quasi quodam et candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem et severitatem quandam in verbis et orationis quasi maestitiam sequuntur; quodque paullo ante divisimus, ut alii graves, alii tenues, alii temperati vellent videri, quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur.

17, 54 Et quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere quam a te postulatum est — tibi enim tantum de orationis genere quaerenti respondi etiam breviter de inveniendo et collocando —, ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis; ita praetermissa pars nulla erit, quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quae communis est multarum artium.

55 Quo modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo et in eloquendo. Est enim actio quasi corporis quaedam eloquentia,

1. *ipsius orationis* des eigentlichen, sprachlichen Ausdrucks, Stils, der elocutio 54.

2. *atque* s. zu § 49.

3. *flexibilis* de or. III, 176 nihil est tam tenerum neque tam flexibile neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. Brut. 274.

4. *voluntates* Richtungen, Neigungen Brut. 83 cum sint in dicendo variae voluntates de or. III, 25 ff.

6. *distincta et interpuncta intervalla* ‚merklich (hörbar) angebrachte und eingefügte Zwischenräume oder Einschnitte', s. ind. intervalla. Dadurch wird eben flumen verborum momentan unterbrochen (228); es entstehen die κῶλα und κόμματα 223; *morae respirationesque* die Pausen und Ruhepunkte (um wieder Atem zu holen) zwischen den einzelnen Satzgliedern.

7. *quid? — tamen* wie §. 34.

8. *excellens* wie z. B. bei Crassus im Gebrauch der κῶλα und κόμματα 223.

9. *puro quasi* etc. weil der Ausdruck von der Kleidung entlehnt und figürlich auf das stilistische Gebiet übertragen ist, wie hernach quasi maestitiam, wegen der Uebertragung vom ethischen Gebiet auf das rhetorische.

10. *Ecce* 30. *sequuntur* 4.

11. *quodque* etc. ‚und auch was unsere obige (20 f.) Einteilung betrifft, die dahin zielte, dass' etc. — so viel verschiedene Stilgattungen wir angeführt haben, so viel Arten von Rednern gibt es — ein freierer Gebrauch des Relativs, wie wir ihn ähnlich auch haben de or. III, 177 ut tum graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus, sic institutam nostram sententiam sequitur *orationis genus*.

Von der *actio* 17, 54—18, 60.

15. *hoc munus* die vorliegende Aufgabe; *cumulatius augere* viel höher steigern, viel weiter ausdehnen.

16. *de orationis genere* 52.

23. *actio* de or. I, 18. III, 222 est actio quasi sermo corporis, quo magis menti congruens esse debet.

cum constet e voce atque motu. Vocis mutationes totidem sunt quot animorum, qui maxime voce commoventur. Itaque ille perfectus, quem iam dudum nostra indicat oratio, utcumque se adfectum videri et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum; de quo plura dicerem, si hoc praecipiendi tempus esset aut si tu hoc quaereres. Dicerem etiam de gestu, cum quo iunctus est vultus: quibus omnibus dici vix potest quantum intersit quemadmodum utatur orator. Nam et infantes actionis 56
dignitate eloquentiae saepe fructum tulerunt et diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac, haec autem sine eloquentia tanta est, certe plurimum in dicendo potest. Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et contenta voce atrociter dicere et summissa leniter et inclinata videri gravis et inflexa miserabilis. Mira 57
est enim quaedam natura vocis, cuius quidem e tribus omnino sonis, inflexo acuto gravi, tanta sit et tam suavis varietas perfecta in cantibus. Est autem etiam in dicendo quidam cantus obscurior, 18
non hic e Phrygia et Caria rhetorum in epilogis paene canticum,

2. *ille perfectus* Einl. § 3.

4. *certum:* de or. III, 216 omnis motus animi suum quendam a natura habet vultum et *sonum* et gestum, corpusque totum hominis et eius omnis vultus omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsae.

5. *admovebit* ist um des vorhergehenden moveri willen gewält.

7. *vultus* ‚das Mienenspiel'.

8. *infantes* im Gegensatz von diserti, wie § 76. Brut. § 101.

10. *iam* nach alle dem.

11. *primas* § 18; *actioni* de or. III, 213 actio in dicendo una dominatur; sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus summos saepe superare; huic primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum, huic secundas, huic tertias. Brut. 142.

14. *contenta voce* der gehobene und gesteigerte, heftig gestimmte und gewaltige Ton der Stimme, für die Sprache des Zornes 85; de or. III, 219 aliud (sc. vocis genus sibi sumat) vis, *contentum*, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis (III, 212 contentius — summissius); *summissa* der gelassene, ruhig gestimmte und sanfte Ton für die Sprache des freundlichen, traulichen Zuredens de or. l. l. aliud voluptas, effusum, *lene,* tenerum, hilaratum, *remissum* (summissius 26; summisse 72).

15. *inclinata* 27 der hohl und dumpf klingende (pathetische) Ton drückt tiefen Ernst der Empfindung aus Brut. 158; *inflexa* durch den beweglichen, weichen und gezogenen Ton spricht sich die Rührung und die Mitleid erregende Klage aus de or. II, 193 inflexa ad miserabilem sonum voce — flens ac lugens dicere videbatur.

16. *cuius quidem* d. h. cum (da ja) e tribus eius omnino sonis, ähnlich wie die vier Farben, mittels deren Zeuxis u. Polygnot ihre herrlichen Gemälde herstellten Brut. 70.

17. *inflexo* dem geschleiften Ton, der zwischen dem hohen (acuto) und tiefen (gravi) in der Mitte liegt de or. III, 216.

18. *in cantibus* ist absichtlich ans Ende gesetzt wegen des Gegensatzes zu dem gleich folgenden Gedanken (in dicendo); *obscurior* nicht so klar oder stark hervortretend, als der eigentliche Gesang.

19. *non hic* etc. wie die modernen phrygischen und karischen Redner mit singender Stimme ihre

sed ille, quem significat Demosthenes et Aeschines, cum alter alteri
obiicit vocis flexiones. [Dicit plura etiam Demosthenes illumque
58 saepe dicit voce dulci et clara fuisse.] In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae suavitatis in vocibus: ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem nec una plus nec a postrema syllaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem
59 sequatur industria. Ac vocis bonitas quidem optanda est, non est enim in nobis; sed tractatio atque usus in nobis. Ergo ille princeps variabit et mutabit; omnes sonorum tum intendens tum re-

Epiloge (die peroratio) vorzutragen pflegen, denen nur noch die Begleitung der Flöte fehlt, um den Vortrag zu einem förmlichen Recitativ (oder gar zur Arie) im Drama (wir würden sagen: in der Oper) zu machen. Quint. XI, 3, 57 ff.

1. *cum alter* etc. s. ind. Demosthenes.

2. *vocis flexiones, καμπαί* Modulationen der Stimme, Veränderung des natürlichen Tons zu einem mehr singenden (pathetischen) Ton im Affect. Quint. XI, 3, 168 tales sunt illae *inclinationes vocis* (Brut. 158), quas invicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant, *non ideo improbandae;* cum enim uterque alteri obiiciat, palam est utrumque fecisse; nam neque ille (Demosth. p. cor. c. 60) per Marathonis et Plataearum et Salaminis propugnatores *recto sono* (also non inclinato) iuravit, nec ille (Aeschines in Ctes. c. 49) Thebas *sermone* (im gewöhnlichen Gesprächston) deflevit; *dicit* etc. die eingeschlossenen störenden Worte sind eine in den Text gerathene Randbemerkung eines müssigen Lesers.

3. *In quo* bezieht sich auf den Gegenstand, von dem die Rede ist, überhaupt auf die Stimme als zur actio gehörig, nicht etwa auf den singenden Ton, wie § 3 in quo vereor; 73. 104. 151; *illud* das folgende, mit enim angeführte, ganz wie de or. II, 133 atque hic illud videndum est — constituunt enim etc. (wie γὰρ nach τεκμήριον δέ, wo man ὅτι erwartet).

4. *in vocibus* in den verschiedenen, mannigfachen Lauten.

5. *quasi modularetur* etc. als ob sie die Sprache des Menschen rhythmisch klingen lassen, melodisch gestalten wollte, wie de or. III, 185 hominum auribus vocem natura modulatur ipsa.

6. *acutam vocem,* einen Hochton oder Hauptton und zwar in jedem Wort nur einen und diesen nicht über die drittletzte Silbe hinaus. Quint. I, 5, 30 in omni voce *acuta* intra numerum trium syllabarum continetur, sive eae sunt in verbo solae, sive ultimae, et in iis aut proxima extremae aut ab ea tertia —; est autem in omni voce utique acuta, sed numquam plus una, nec ultima umquam, ideoque in dissyllabis prior.

7. *ad aurium voluptatem* wenn anders der Ton unserer Stimme dem Ohre, nach dem Gesetze des Wollauts, wolthuen soll.

8. *industria* das kunstthätige (oratorische) Bemühen; *vocis bonitas εὐφωνία,* der angeborne Wollaut des Organs, den wir uns nicht geben können; *optanda est* wie de or. III, 224 ad actionis usum atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet, quae primum est optanda nobis, deinde quaecumque erit tuenda.

9. *ille princeps* 99; Einl. § 3.

10. *variabit* de or. III, 225 ad aures nostras et actionis suavitatem quid est vicissitudine et varietate et commutatione aptius? Part. or. 25; *sonorum — gradus* die ganze Tonleiter oder Skala de or. III, 227 in omni voce est quiddam medium sed suum cuique voci; hinc gradatim ascendere vocem utile et suave est —; deinde est quiddam *contentionis* extremum (ein äusserster Höhepunkt der Steigerung), quod tamen interius est, quam acu-

mittens persequetur gradus. Idemque motu sic utetur, nihil ut
supersit in gestu. Status erectus et celsus, rarus incessus nec ita
longus, excursio moderata eaque rara; nulla mollitia cervicum,
nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens,
trunco magis toto se ipse moderans et virili laterum inflexione,
brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis.
Vultus vero, qui secundum vocem plurimum potest, quantam ad- 60
feret tum dignitatem tum venustatem! in quo cum effeceris ne
quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quaedam magna

tissimus clamor; — est item contra quiddam in *remissione* gravissimum quoque tamquam *sonorum gradibus* descenditur. Haec varietas et hic *per omnes sonos vocis cursus* et se tuebitur et actioni adferet suavitatem.

1. *motu:* hinsichtlich des andern Teils der actio (55) soll alles utrierte vermieden werden.

2. *supersit* de or. II, 108 ut neque absit quidquam neque supersit. Gell. I, 22, 10, superesse (περισσόν) Cicero dixit pro eo quod copia quidem et facultate ceteris anteiret, super modum tamen ut largius prolixiusque flueret, quam esset satis; *status* Quint. XI, 3 159 status sit rectus etc.; *incessus* im Gegensatz von status das Hin- und Hergehen auf der Rednerbühne, Quint. XI, 3, 124 in pedibus observantur status et incessus —; conveniet etiam *ambulatio* quaedam, quamquam Cicero *rarum incessum* neque ita longum probat; ib. § 130 ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis, in quibus multi sunt iudices, quod dicimus quasi singulis inculcare peculiariter velimus. Brut. 158 nulla inambulatio (Crassi, der in seiner ruhigen Stellung verharrte).

3. *excursio* das Ausschreiten nach vorn Quint. XI, 3, 126 procursio opportuna brevis moderata rara; *nulla mollitia cervicum* kein schlaffes Rück- und Niederbeugen, als wäre er ohne Halt. Quint. XI, 3, 82 cervicem rectam oportet esse, non rigidam aut supinam; denn odiosa omnis supinitas Quint. XI, 3, 122.

4. *nullae argutiae digitorum* keinerlei Künsteleien (Gegaukel) mit den Fingern (für die später sehr specielle Vorschriften existierten Quint. XI, 3, 92 ff.) de or. III, 220 manus minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens. Gell. I, 5, 2 manus eius (sc. Hortensii) inter agendum argutae admodum et gestuosae; *articulus* das Gelenk der Finger soll man nicht nach dem Takt (ad numerum), nach einem gewissen gleichförmigen Tempo sinken lassen (Quint. XI, 3, 95).

5. *trunco magis* etc. Der Redner soll mit den Armen und Händen nicht umherflankieren, sondern mehr durch die Gesamtstellung des Leibes und kräftiges Hervortreten der Brust sich die richtige Haltung geben und so eine gewisse plastische Ruhe bewahren, Quint. XI, 3, 122; *se ipse moderans* mit ähnlichem Uebergang von der Sache auf die Person (des Redners) wie Brut. 158. 173; *laterum inflexione* wie de or. III, 220 laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra.

6. *brachii proiectione* de or. l. l. brachium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis; *in contentionibus* wo gekämpft wird in Angriff und Widerlegung ad Her. III, 13, 23 contentio est oratio acris et ad confirmandum et ad confutandum accommodata (im Gegensatz von sermo als oratio *remissa*).

7. *vultus* de or. III, 221 in ore sunt omnia, in eo autem ipso dominatus est omnis oculorum —; animi est enim omnis actio et *imago animi vultus, indices oculi*. Quint. XI, 3, 72 dominatur maxime vultus.

9. *ineptum* gegen die dignitas, de or. III, 222 oculorum sit magna moderatio; nam oris non est ni-

moderatio. Nam ut imago est animi vultus, sic indices oculi; quo-
rum et hilaritatis et vicissim tristitiae modum res ipsae de quibus
agetur temperabunt.
19, 61 Sed iam illius perfecti oratoris et summae eloquentiae spe-
cies exprimenda est; quem hoc uno excellere, cetera in eo latere
indicat nomen ipsum. Non enim inventor aut compositor aut actor,
qui haec complexus est omnia, sed et Graece ab eloquendo ῥήτωρ
et Latine 'eloquens' dictus est. Ceterarum enim rerum, quae sunt
in oratore, partem aliquam sibi quisque vindicat; dicendi autem,
id est eloquendi maxima vis soli huic conceditur.
62 Quamquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt —
siquidem et Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit et
Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit et Xenophontis voce Musas
quasi locutas ferunt, et longe omnium quicumque scripserunt aut
locuti sunt exstitit et gravitate et suavitate princeps Plato —, ta-
men horum oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac fo-
63 renses habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos ma-

mium mutanda species, ne aut ad ineptias aut ad pravitatem aliquam deferamur; *vultuosum* vom übertriebenen und verzerrten Mienenspiel, gegen die venustas Quint. XI, 3, 183 non immerito reprehenditur pronuntiatio et vultuosa et gesticulationibus molesta.

Von der *elocutio* 61—236. Begriff und Wesen des *eloquens* und seine Sprache.

I. im Unterschied von andern Dictionen: *a*) von der Diction der Philosophen 62—65.

4. *illius perfecti* § 55; *exprimenda* 3.

5. *hoc uno* nämlich dem eloqui (auf dem vorhergehenden eloquentiae wie auf oratoris ruht der Ton) s. d. krit. Anh. *latere* ‚zurücktreten'.

6. *inventor* 44 ff.; *compositor* 50 ff.; *actor* 55 ff. (die memoria als communis multarum artium kommt hier nicht in Betracht 54).

7. *haec* was zur eloquentia, von der hier die Rede ist, gehört; *omnia* nachdrücklich ans Ende gestellt; ‚sondern nur jedesmal ein Stück' ist der Gegensatz; daher konnte von diesen Functionen auch nicht ‚die Benennung' entlehnt werden.

8. *ceterarum* etc. wie das de or. I, 11, c. 49 ff. und anderwärts weitläufig auseinander gesetzt wird; *quae sunt in oratore* wie z. B. Kenntnis der Philosophie, des Rechts, der Geschichte 115 ff.

10. *soli huic* de or. I § 49 sint hae res, de quibus disputant (sc. philosophi) in aliis quibusdam studiis, *oratio* quidem *ipsa propria est huius unius rationis*, de qua loquimur et quaerimus.

13. *lacessivit* ‚herausgefordert, versucht hat es mit ihm aufzunehmen'; *Musas* wie Quint. X, 1, 99 in comoedia maxime claudicamus, licet Varro Musas — Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent.

15. *et gravitate* etc. sowol in der nachdrucksvollen (erhabenen) als anmuthigen Sprache, § 182.

16. *nervos* 91; de or. III, 80 neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis, nec sine varietate doctrinae satis politus et sapiens esse orator potest; *aculeos* de or. II, 64 (vom historischen Stil) cum lenitate quadam aequabili profluens sine hac iudiciali asperitate et sine *sententiarum forensibus aculeis*. Die philosophische Sprache ist die Sprache der Deduction für den Verstand, nicht die Sprache der Willenserregung.

17. *loquuntur* etc. Damit werden die drei Differenzpunkte hinsichtlich der Zuhörer, des Objects und

lunt quam incitare, de rebus placatis ac minime turbulentis,
docendi causa, non capiendi, ut in eo ipso, quod delectationem
aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis quam necesse sit facere
videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam,
de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philoso- 64
phorum et umbratilis, nec sententiis nec verbis instructa populari-
bus, nec vincta numeris, sed soluta liberius; nihil iratum habet,
nihil invidum, nihil atrox, nihil miserabile, nihil astutum; casta,
verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius
quam oratio dicitur. Quamquam enim omnis locutio oratio est,
tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda simili- 65
tudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator
in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod, cum sit eis propo-
situm non perturbare animos, sed placare potius, nec tam persua-
dere quam delectare, et apertius id faciunt quam nos et crebrius,
concinnas magis sententias exquirunt quam probabiles, a re saepe
discedunt, intexunt fabulas, verba altius transferunt eaque ita dis-
ponunt ut pictores varietatem colorum, paria paribus referunt, ad-
versa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt.

des Zweckes asyndetisch neben einandergestellt.

3. *aliquam* ‚doch einigermassen'. *aucupentur* 84. 197 delectationis aucupium.

6. *umbratilis* lebt und gedeiht nur im Schatten der Schulen und ist daher für das Leben nicht gekräftigt genug, de or. I, 157 educenda dictio est ex hac domestica exercitatione et *umbratili* medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem. Brut. 9, 37; *popularibus* wie sie der popularis (auf das Volk wirkenden) oratio angemessen sind (151) 30. de or. II, 159.

7. *vincta numeris* 40. 77. 174. 183. Brut. 274 nec vero haec *soluta* nec diffluentia, sed astricta numeris, de or. III, 176. 184.

9. *virgo* wie auch Brut. § 330 die eloquentia als virgo dargestellt wird; *sermo* ist die Sprache des gewöhnlichen socialen Verkehrs (im Gesprächs- und Unterhaltungston), hier zugleich mit Anspielung auf die dialogische Form 151. 184. ad Herenn. III, 23 sermo est oratio remissa et finitima cotidianae locutioni, de or. III, 177 (im Gegensatz von contentio ‚der feierlichen Rede').

11. *proprio* ihm eigens und *κατ' ἐξοχὴν* zukommenden Bezeichnung; *signata* gekennzeichnet, wie eine Münze durch das ihr eigene Gepräge, an dem sie erkannt wird.

*b*) von der Diction der Sophisten (Schönredner) 65.

12. *supra* § 37; *magis*, weil die Verwechslung beider Dictionen so leicht ist.

13. *flores* 96. de or. III, 96 conspersa — quasi verborum sententiarumque floribus; *in causis* in den wirklichen Rechtsfällen, im Gegensatz zum *γένος ἐπιδεικτικόν*.

16. *apertius* 38. 230.

17. *concinnas* ‚schön gegliedert'; *a re s. discedunt* in den häufigen, absichtlich angebrachten Digressionen.

18. *altius transferunt* erlauben sich kühnere Metaphern, § 82.

19. *varietatem colorum* de or. II, 54 Caelius neque distinxit historiam varietate colorum etc.; *paria paribus* etc. 38. 175.

*c*) von der Diction der Historiker 66; s. oben § 37.

20, 66 Huic generi historia finitima est, in qua et narratur ornate et regio saepe aut pugna describitur, interponuntur etiam contiones et hortationes; sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.

Ab his non multo secus quam a poetis haec eloquentia, quam quaerimus, sevocanda est. Nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea et versu: nunc apud oratores iam
67 ipse numerus increbruit. Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadat, etiamsi abest a versu (nam id quidem orationis est vitium), numerus vocatur, qui Graece ῥυθμός dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum, apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis. Nec tamen id est poetae maximum, etsi est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequitur,

3. *hortationes* wie z. B. die zur Tapferkeit anfeuernden Ansprachen der Feldherrn vor der Schlacht; *tracta* de or. II, 64 genus orationis fusum atque tractum.

4. *haec* wie sie der Redner im genus forense anwendet; *contorta* *συνεστραμμένη λέξις*, in gedrungenen Perioden sich bewegend, steht der tracta oratio entgegen, acris der (lenitate quadam) fluens.

*d*) von der Diction der Dichter § 66—68.

6. *quaerimus* 14. Zu den vielfachen, bes. aus dem Gebiet der Literatur entnommenen Problemen, deren Lösung die gelehrten alexandrinischen Grammatiker (Philologen) und deren Nachfolger sich zur Aufgabe machten, gehörte auch die Frage nach dem hier berührten Unterschied, namentlich von der Zeit an, als die Poesie selbst, wie bei den alexandrinischen Dichtern, einen gelehrt-rhetorischen Charakter anzunehmen anfieng; *attulerunt* heisst also nicht: die Dichter selbst haben die Frage erhoben, sondern sie nahe gelegt, veranlasst.

7. *ab* oratoribus 76. 182; *inter se* 114.

8. *antea* wie bei Cic. selbst de or. I, 70 est finitimus oratori poeta, numeris astrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par.

9. *increbruit* 23; *sub aurium mensuram* 58; über den Conjunctiv *cadat* s. zu § 10.

10. *id quidem* nämlich in der Prosa die Worte so stellen, dass ein förmlicher, regelrechter Vers entsteht 194 f. 189. 172. 220; de or. III, 175. Aristot. rhet. III, 8.

13. *incitatius feratur* ‚rascher dahinströme, schwungvoller sei'. 128. 187. 199 (201) 202. 228.

14. *verb. luminibus* 135 s. ind. lumina; *comicorum poetarum* 184. Hor. sat. I, 4, 45 ff. idcirco quidam comoedia necne poema esset, quaesivere, quod acer spiritus ac vis nec verbis nec rebus inest, nisi quod pede certo differt sermoni, sermo merus etc.

16. *id* nämlich das incitatius ferri et clarissimis luminibus uti, die schwungvolle und glänzende Diction, was der Dichter beides mit dem Redner gemein hat (66); beim Dichter ist das aber nicht der höchste Vorzug.

17. *virtutes oratoris* damit ist eben der oratorische höhere Schwung und Schmuck der Darstellung gemeint.

cum versu sit astrictior. Ego autem, etiamsi quorundam grandis 68 et ornata vox est poetarum, tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum, tum etiam nonnulli eorum voluptati vocibus magis quam rebus inserviunt. Nec vero, si quid est unum inter eos simile — id autem est iudicium electioque verborum —, propterea ceterarum rerum dissimilitudo intellegi non potest; sed id nec dubium est et, si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id quod propositum est non est necessarium. Seiunctus igitur orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum explicandus est nobis qualis futurus sit.

Erit igitur eloquens (hunc enim auctore Antonio quaerimus) 21, 69 is, qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet,

1. *cum* etc. also die Erreichung dieses Ziels für den Dichter (der an die Schranken des Metrums gebunden ist) offenbar viel schwieriger ist; *quorundam* wie z. B. der höheren Lyriker und Tragiker; *grandis et ornata vox:* grandis entspricht dem incitatius ferri, ornata dem luminibus uti.

2. *in ea* sc. voce poetarum d. h. der Poesie oder bei den Poeten, daher dann sogleich im Gegensatz: quam in nobis sc. oratoribus.

3. *faciendorum* neue Wörter zu bilden, wofür Cic. auch novare verba gebraucht (de or. III, 154) 80. (172) 176. part. or. 74; *iungendorum* durch Zusammensetzung (neue) Wörter bilden or. III, 169 aut factum vel coniunctione vel novitate. III, 154. Andere beziehen *iungendorum* auf kühnere Verbindungen von Wörtern, z. B. frappanter Adjectiva mit Substantiven.

4. *vocibus m. quam verbis* ‚mehr durch schöne Worte als gehaltvollen Inhalt'. Vgl. den krit. Anh.

5. *si quid unum* ‚wenn irgend ein einziger Punkt'.

6. *iudicium* ist das prius u. bezieht sich auf die inventio, dann folgt die electio verborum inventorum.

7. *nec — intellegi non potest* ‚lässt sich doch nicht verkennen'.

8. *hoc tamen ipsum.* Diese specielle Untersuchung über das Wesen der Poesie im Unterschied von der Beredsamkeit; *ad id quod propositum est* für das vorliegende Thema, das eben nur das Ideal des Redners im Auge hat, § 73 ad id quod agitur.

11. *futurus sit* ‚sein soll', das Futur mit Rücksicht auf das zu entwerfende Ideal eines Redners.

2. Wesen des *eloquens* in seiner wahren Bedeutung.

*a*) im Allgemeinen nach seinen Hauptfunctionen § 69—74.

12. *auctore Antonio* mit Beziehung auf dessen mehrerwähnte Aeusserung 18. 33. de or. I, 94.

13. *in foro* etc. also mit Ausschluss des γένος ἐπιδεικτικόν und aller eigentlich wissenschaftlichen oder rein technischen Vorträge 37. de or. I, 22 Graecos video seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum ac deliberationum versaretur, et id unum genus oratori reliquisse; II, 42 quae in foro atque in civium causis disceptationibusque versantur; II, 55 nemo studet eloquentiae nostrorum hominum, nisi ut in causis atque in foro eluceat. — *ut probet* etc. de or. II, 115 ita omnis ratio dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus vera esse quae defendimus, ut conciliemus nobis eos qui audiunt, ut animos eorum ad quemcumque causa postulabit motum vocemus; II, 121. 128. 310. Brut. 185 tria sunt quae sint efficienda dicendo: ut doceatur is apud quem dicetur, ut delectetur, ut moveatur vehementius. de opt. gen. or. 3. Quint. III, 5, 2.

ut flectat. Probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae; nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi: subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flec-
70 tendo; in quo uno vis omnis oratoris est. Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripartitae varietatis. Nam et iudicabit quid cuique opus sit et poterit quocumque modo postulabit causa dicere. Sed est eloquentiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. *Πρέπον* appellant hoc Graeci; nos dicamus sane ‚decorum'. De quo praeclare et multa praecipiuntur et res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modo in vita, sed

1. *suavitatis:* Brut. 188 delectatur multitudo et ducitur oratione et quasi voluptate quadam perfunditur. 200. 276 duo summe tenuit, ut et rem illustraret et animos eorum, qui audirent, devinciret voluptate; *flectere* (oder permovere) 15. 125. de or. II, 205 ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus; II, 211 haec (pars orationis) quae suscipitur ab oratore ad commutandos animos atque omni ratione flectendos.

2. *nam id unum* etc. zur Motivierung des Ausdrucks victoriae. Etwas anders de opt. gen. or. § 3 docere debitum est, delectare honorarium, permovere necessarium.

3. *genera dicendi* Stilgattungen (Ausdrucksweisen) 20 ff. de or. III, 177.

5. *in quo uno* etc. was Cic. sehr oft hervorhebt 15. 128 in quo uno regnat oratio. de or. I, 60 quod unum in oratore dominatur. I, 219 inflammare dicendo — cum eo maxime vis oratoris magnitudoque cernatur; II, 215 (commovere) in quo sunt omnia. Brut. 279. 276 aberat tertia illa laus, qua permoveret et incitaret animos, quam plurimum pollere diximus.

*iudicii* sowol theoretisch (indicabit Z. 7) als praktisch (poterit — dicere) höchst befähigt.

6. *moderator,* insofern er der genannten drei Functionen in gleicher Weise Meister ist und ihre Grenzen kennt 123; *quasi temperator,* insofern er stets das rechte Verhältnis der drei Functionen untereinander, gleichsam die rechte Mischung (temperamentum *εὐκρασία*) beobachtet 99.

8. *poterit* ‚wird (muss) die Fähigkeit besitzen'.

9. *sapientia* ‚die Philosophie' (§ 12), hier insofern sie in der Ethik das *πρέπον* lehrt. Quint. XII, 2, 5 Cicero pluribus et libris et epistolis testatur, dicendi facultatem ex intimis sapientiae fontibus fluere; ideoque aliquamdiu *praeceptores* eosdem fuisse *morum* atque dicendi. Hor. art. poet. 309 Scribendi recte sapere est et principium et fons.

10. *quid deceat* 74. 123. de or. I, 132 quem (sc. Roscium) saepe audio dicere, caput esse artis decere, quod tamen unum id esse, quod tradi arte non possit. III, 110 nunc quid aptum sit, id est quod maxime deceat in oratione videamus.

12. *decorum* das wolanständige, (subjectiv) der richtige, feine Takt de off. I, 93 hoc loco continetur (als zur *σωφροσύνη* gehörig) id quod dici Latine decorum potest; Graece enim *πρέπον* dicitur. — Nam et ratione uti atque oratione *prudenter*, et agere quod agas *considerate* omnique in re quid sit veri videre et tueri *decet* etc. — (ut id decorum velint esse), quod ita naturae consentaneum sit, ut in eo moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali. — *praecipiuntur* in der Ethik. Vgl. de off. I, 93—100.

saepissime et in poematis et in oratione peccatur. Est autem quid
deceat oratori videndum non in sententiis solum, sed etiam in
verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis 71
auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus aut audi-
tor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut senten-
tiarum, semperque in omni parte orationis ut vitae quid deceat
est considerandum; quod et in re de qua agitur positum est et
in personis, et eorum qui dicunt et eorum qui audiunt. Itaque 72
hunc locum longe et late patentem philosophi solent in officiis
tractare, — non cum de recto ipso disputant, nam id quidem
unum est —, grammatici in poetis, eloquentes in omni et genere

1. *in poematis* Charis. I p. 114 itaque Cicero pro Gallio ‚poematum‘ et in oratore ‚poematis‘ dixit; *in oratione* ‚in der Prosa‘, wie sehr oft 67. 166. 174. 178. 180 f. 184. 194 f. 198. 201 f.

3. *Non enim* etc. 123. de or. III, 210 f. id quidem perspicuum est, non omni causae nec auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus. Nam et *causae* capitis alium quendam verborum sonum requirunt, alium rerum privatarum atque parvarum. — Refert etiam *qui audiant*, senatus an populus an iudices; frequentes an pauci an singuli et quales; ipsique *oratores* qua sint aetate, honore, auctoritate debet videri; *tempus*, pacis an belli, festinationis an otii; *fortuna* im Allgemeinen: die äusseren Verhältnisse, Lebensstellung (de or. II, 46) — gilt wie das nächstfolgende (honos auctoritas aetas) besonders auch hinsichtlich der Zeugen (de or. II, 301 ff.); aber auch ganz allgemein sowol hinsichtlich der Angeklagten wie der sonstigen Personen, die der Redner zu berühren hat, als hinsichtlich der Verhältnisse des auftretenden Redners selbst.

4. *nec vero* steigernd § 5; *locus*: es ist ein Unterschied, ob der Redner ex inferiore loco (vor Gericht) oder ex aequo (im Senat) oder ex superiore (in der Volksversammlung) zu reden hat; *auditor:* zu beachten ist die Individualität der Zuhörer, ihre grössere oder geringere Anzal, wie deren Stimmung.

7. *quod:* das decorum nach den beiden Richtungen *πρός τε τὸν λέγοντα (καὶ ἀκούοντα) καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα.* s. ind. Lysias.

8. *Itaque* wegen dieser Wichtigkeit des *πρέπον* für das Leben, für die Dichtkunst und für die Redekunst.

9. *in officiis* wie Cic. später selbst nach Panätius *περὶ τοῦ καθήκοντος* (ad Att. XVI, 14) de off. I, 93 ff.

10. *de recto ipso* von der absoluten Vollkommenheit, wo also von dem relativ-angemessenen nicht die Rede sein kann, de off. III, 14 haec officia (quae media Stoici appellant) — communia sunt et late patent —; illud autem officium, quod *rectum* eidem appellant, perfectum atque absolutum est et omnes numeros habet (sc. virtutis de fin. III, 24) I, 8 perfectum officium rectum, opinor, vocemus, quoniam Graeci *κατόρθωμα*, hoc autem commune officium *καθῆκον* vocant.

11. *grammatici* 93 ‚die Philologen‘, deren Hauptthätigkeit in der Kritik und Exegese der Dichter bestand. Sueton. de ill. gramm. 4 proprie sic appellandos *poetarum interpretes*, qui a Graecis *γραμματικοί* nominentur. de div. I, 34 quorum (sc. oraculorum) — interpretes, ut *grammatici poetarum*. (I, 116) de or. I, 10. — *eloquentes* die Redner von Fach, die den locus de decoro praktisch betreiben. — *genere et parte* wie gleich näher erklärt wird: nach der allgemeinen Beschaffenheit des jedesmaligen Rechtsfalls wie nach den besonderen Beziehungen innerhalb desselben richtet sich das decorum.

et parte causarum. Quam enim indecorum est, de stillicidiis cum
apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis et locis uti commu-
22 nibus, de maiestate populi Romani summisse et subtiliter! Hic
genere toto, at persona alii peccant aut sua aut iudicum aut etiam
adversariorum, nec re solum, sed saepe verbo. Etsi sine re nulla
vis verbi est, tamen eadem res saepe aut probatur aut reiicitur
73 alio atque alio elata verbo. In omnibusque rebus videndum est
quatenus; etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit
nimium quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare
dicebat, qui non sentirent quid esset satis. Magnus est locus hic,
Brute, quod te non fugit, et magnum volumen aliud desiderat; sed
ad id quod agitur illud satis. Cum hoc decere, quod semper
usurpamus in omnibus dictis et factis, minimis et maximis, cum
hoc, inquam, decere usquequaque quantum sit appareat, in alioque

1. *de stillicidiis,* also in einer solchen Bagatellsache, wie in dem privatrechtlichen Streit um das Dachtraufenrecht (de or. I, 173), die vor dem Einzelrichter, dem vom Magistrat bestellten iudex privatus entschieden wurde (im Gegensatz von Richtercollegium und iudicium publicum) de opt. gen. or. § 10 si eodem modo putant exercitu in foro et in omnibus templis, quae circum forum sunt, collocato dici pro Milone decuisse, ut si de *re privata* ad unum iudicem diceremus, vim eloquentiae sua facultate, non rei natura metiuntur.

2. *locis communibus,* die im genus amplum an ihrem Orte sind § 102.

3. *summisse et subtiliter* sc. dicere, also das genus tenue anzuwenden 20. vgl. 102; subtiliter steht dem amplissimis verbis, summisse dem locis uti communibus entgegen. — *hic* in dem eben bezeichneten Falle.

4. *genere toto* hinsichtlich des ganzen Charakters der Rede, der gesamten Stilgattung Brut. 64; *persona* de or. II, 301 ff. ne quid offendas — Hic quantum fit mali, si iratum, si non stultum, si non levem testem laeseris — Quid, cum personarum, quas defendunt, rationem non habent? — Quid si in homines caros iudicibusque iucundos sine ulla praemunitione orationis acerbius et contumeliosius invehare, nonne abs te iudices abalienes? etc.

5. *sine re* 49, ein häufig hervorgehobener Cardinalsatz de or. I, 17. 20. 48. 50 f.

7. *alio* etc. je nachdem sie in der einen oder andern Form ausgesprochen wird. *elata* de or. II, 158 si coniuncte sit elatum.

8. *quatenus* die äusserste Linie, die nicht überschritten werden darf, das richtige Mass, das Innehalten der richtigen Schranken, de or. II, 239 quaerimus idem, quod in ceteris rebus maxime quaerendum est, quatenus.

9. *nimium* 178; *in quo* 58.

11. *quod te non fugit* bei deinen philosophischen Studien Einl. § 14.

12. *ad id quod agitur* wie 68 ad id quod propositum est; *cum hoc* etc. Der in Folge der sich aufdrängenden neuen Gedanken abgebrochene Faden wird erst ganz am Ende mit sed cum wieder aufgenommen: ‚da das Schickliche, das wir bei allem Thun u. Reden, im Grossen wie im Kleinen geltend machen, nach allen Seiten in seiner Wichtigkeit sich kundgibt und man wol zu unterscheiden hat zwischen *opertere* und *decere,* welches letztere wie der Dichter und Maler, so auch der Redner zu beobachten hat: so mag der Redner wol zusehen, wie er an seinem Stoff im Ganzen und Einzelnen das decorum wahre‘. s. den krit. Anh.

13. *usurpamus* ‚betonen‘.

14. *in alioque ponatur* auf einem andern Begriffe ruht.

ponatur aliudque totum sit, utrum ‚decere‘ an ‚oportere‘ dicas —; 74
oportere enim perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est et omnibus, decere quasi aptum esse consentaneumque tempori et personae, quod cum in factis saepissime tum in dictis valet, in vultu denique et gestu et incessu, contraque item dedecere —, quod si poeta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam, cum probi orationem adfingit improbo stultove sapientis, si denique pictor ille vidit, cum in immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, tristior Ulixes, maereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari, si denique histrio quid deceat quaerit, quid faciendum oratori putemus? — sed cum hoc tantum sit, quid in causis earumque quasi membris faciat orator viderit: illud quidem perspicuum est, non modo partes orationis, sed etiam causas totas alias alia forma dicendi esse tractandas.

Sequitur ut cuiusque generis nota quaeratur et formula: 23, 75
magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus, sed ingredientibus considerandum fuit quid ageremus, nunc quidem iam, quocumque feremur, danda nimirum vela sunt.

1. *oportere* ist also das absolut, decere das relativ zu fordernde; denn der Begriff oportere umfasst das, was zur vollen Ausübung der sittlichen Pflicht geschehen muss.

3. *quasi* um anzudeuten, dass die Definition das umfassende Wesen des decorum nur annähernd erschöpft.

6. *poeta* und *pictor*, denen sonst manches zu gute gehalten wird Hor. art. poet. 9 f. pictoribus atque poetis quodlibet audendi semper fuit aequa potestas. Luc. p. imag. 18 παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος ἀνευθύνους εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας.

8. *pictor ille* sc. Timanthes s. ind.

11. *si denique* das zweimalige denique (si denique pictor) in der lebhaften Steigerung wie Acad. II, 44, 136 a. E.; *oratori*, der einer noch strengeren Kritik ausgesetzt ist, für den die Beobachtung des decorum (der Folgen wegen) viel wichtiger ist.

13. *quasi membris* mit Anschluss an das eben erwähnte Bild: die causae sind für den Redner, was das Sujet für den Maler; die partes causae entsprechen dann den einzelnen Gruppen des Gemäldes. Damit ist denn auch der Uebergang zu den drei Hauptstilgattungen gemacht, deren jede gleichsam ein verschiedenes decorum für sich in Anspruch nimmt; *viderit* mag sehen, sei ihm zu überlegen anheimgegeben, s. § 152.

*b*) im besonderen erweist sich die Meisterschaft des wahren Redners: *A*. in der geschickten Anwendung der drei genera dicendi;

1) des genus tenue (Atticum) § 26—90.

16. *nota* das Kennzeichen, charakteristische Merkmal 46; *formula* 36 bestimmte concrete Fassung.

17. *saepe* 33. 52; *ingredientibus* sc. iter oder cursum, also ehe man noch auf der hohen See ist, wol mit Anspielung auf das griech. Skolion bei Athenaeus XV, 695: ἐκ γῆς μὲν ἄνδρα χρὴ κατιδεῖν πλόον, εἴ τις δύναιτο καὶ παλάμην ἔχοι· ἐπεὶ δέ κ' ἐν πόντῳ γένηται, τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη de or. I, 147. III, 144.

19. *danda vela sunt* de or. II, 187 ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do.

Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam
76 vocant Atticum. Summissus est et humilis, consuetudinem imi-
tans, ab indisertis re plus quam opinione differens. Itaque eum
qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt
se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem
videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim
non plurimi sanguinis est, habeat tamen sucum aliquem oportet,
ut, etiamsi illis maximis viribus careat, sit, ut ita dicam, integra
77 valetudine. Primum igitur eum tamquam e vinculis numerorum
eximamus. Sunt enim quidam, ut scis, oratorii numeri, de quibus
mox agemus, observandi ratione quadam, sed alio in genere ora-
tionis, in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit nec va-
gum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare.
Verba etiam verbis quasi coagmentare neglegat; habet enim ille
tamquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam et quod in-

1. *informandus* 7. *solum* 29. 83.

2. *summissus* 26. 82; *consuetudinem* der gewöhnliche Sprachgebrauch, die einfache Ausdrucksweise der Umgangssprache (usus cotidiani sermonis de or. III, 153) de or. III, 170.

3. *re* in Wirklichkeit, *quam opinione* als dem äusseren Anschein nach; es sieht so aus, als könne auch der indisertus so reden.

4. *infantes* 56. — 5. *imitabilis* ‚erreichbar‘; *illa quidem* 13.

6. *existimanti* also opinione, weil sie so leicht scheint; *nihil est minus* sc. imitabile quam orationis subtilitas illa.

7. *non plurimi sanguinis* etc. nicht sehr vollblütig noch vollsaftig, aber auch nicht ohne Blut noch ohne Kraft und Saft, nach einem sehr häufigen Vergleich Brut. 68 Attico genere dicendi se gaudere dicunt; sapienter id quidem — atque utinam imitarentur nec ossa solum, sed etiam sanguinem 36. 283. Quint. X, I, 60 (in Archilocho) plurimum sanguinis atque nervorum X, 2, 14 quod facit, ut minus sanguinis ac virium declamationes habeant quam orationes; *sucum aliquem* der Stil darf nicht dürr und welk sein, sondern muss immerhin eine gewisse Frische haben de or. II, 88. 93. Brut. 36.

8. *illis* wie sie z. B. das genus grande (amplum) hat; *integra valetudine* ‚kerngesund‘, ohne darum von Gesundheit zu strotzen.

9. *e vinculis numerorum* 64. de or. III, 184.

11. *mox* 168 ff.; *ratione quadam* 10 nach einem gewissen Gesetz, mit künstlerischem Bewustsein 40 arte quadam; 116 ratione et via (methodisch).

12. *solutum* also nicht numeris vinctum (64). de or. III, 176 ut verba neque adligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur; III, 184 liberior est oratio et sic est — soluta, non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur; *vagum* ziel- u. planlos; *libere* zwar frei, aber mit Anstand, nicht zügellos und wild.

14. *coagmentare* von der eigentlichen Architektonik auf die oratorische übertragen (daher quasi): durch sorgfältig-genaue, exacte Wortstellung die Fugen vermeiden, de or. III, 171 collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodammodo *coagmentatus* et levis. Brut. 68 ea ipsa verba compone et quasi coagmenta; *neglegat* mit Infinitiv, wie de or. III, 153 fugerim dicere.

15. *hiatus* der eben durch das coagmentare und componere vermieden wird; *concursus* Quint. IX, 4, 33 tum vocalium concursus: quod cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio.

dicet non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam de
verbis laborantis. Sed erit videndum de reliquis, cum haec duo 78
ei liberiora fuerint, circuitus conglutinatioque verborum. Illa enim
ipsa contracta et minuta non neglegenter tractanda sunt, sed quae-
dam etiam neglegentia est diligens. Nam ut mulieres esse dicun-
tur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat, sic haec subtilis
oratio etiam incompta delectat; fit enim quiddam in utroque, quo
sit venustius, sed non ut appareat. Tum removebitur omnis in-
signis ornatus quasi margaritarum; ne calamistri quidem adhibe-
buntur. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia re- 79
pellentur; elegantia modo et munditia remanebit. Sermo purus
erit et Latinus; dilucide planeque dicetur; quid deceat circumspi- 24
cietur; unum aberit, quod quartum numerat Theophrastus in ora-
tionis laudibus, ornatum illud suave et adfluens: acutae crebraeque

1. *de re* etc. es ist als ob Cic. durch die Stellung von hominis hinter de re hier gleich selbst ein Beispiel der grata neglegentia geben wollte.

2. *laborantis*, dem es mehr um den Inhalt, als um die Form zu thun ist.

3. *circuitus* oder ambitus ist die Uebersetzung von περίοδος 187. 204. 206; *conglutinatio* gleichbedeutend mit coagmentatio προσκόλλησις.

4. *contracta* wegen des concursus vocalium (§ 77), *minuta* ohne eigentliche rhythmische Perioden.

5. *neglegentia diligens* ein sehr bezeichnendes Oxymoron wie Eurip. Bacch. 66 πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον.

6. *id ipsum* der Mangel an Schmuck.

7. *incompta* dem Bild entsprechend, de or. I, 234 cuius artem cum indotatam et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti; *in utroque* d. h. in mulierum inornatarum et orationis inornatae genere; *quo sit venustius* etc. es geschieht etwas zur Hebung der Schönheit, aber nicht so, dass es irgendwie auffällt.

8. *tum:* das vorherbemerkte bezog sich mehr auf den gesamten habitus; nun kommt das nähere im Einzelnen; *insignis ornatus* ‚die Pretiosen' (der Diamantenschmuck).

9. *calamistri* ‚auch keine künstliche Frisur' wird bildlich zur Charakteristik stilistischer Zierraten gebraucht, Brut. 262 qui volent illa calamistris inurere. Tac. dial. de or. 26 malim L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis.

10. *vero* ‚vollends'; *medicamenta* etc. φάρμακα die künstlichen Schönheitsmittel der weissen und roten Schminke.

11. *elegantia* 83; *munditia*, wie es bei Quint. VIII, 3, 87 heisst: nam ipsa illa ἀφέλεια simplex et inaffectata habet quendam *purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum* et sunt quaedam velut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque *munditiae*.

13. *unum aberit* etc. Die vier allgemeinen stilistischen Eigenschaften zählt Cic. auch im 3. B. de oratore auf: Latine, plane und dilucide, ornate, apte und congruenter (quid deceat). Das ornate dicere darf natürlich auch beim genus tenue nicht fehlen, wol aber die beiden Steigerungen desselben, das ornatum suave (τὸ ἡδύ) als hauptsächlich dem genus medium eigen (91) und das ornatum affluens (τὸ περιττόν, τὸ μεγαλοπρεπές) als dem genus grande gebührend.

14. *adfluens* 42; *crebraeque* wie bei Thucydides (de or. II, 56. 93) und den seiner Richtung angehörigen Rednern Brut. 29 grandes erant verbis, *crebri sententiis*, compressione rerum breves et ob eam ipsam causam interdum *subobscuri*; 17, 66 concisis sententiis, interdum etiam *non satis apertis* cum brevitate tum nimio *acumine*.

sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae — atque in hoc orator dominabitur —; verecundus erit usus oratoriae quasi
80 supellectilis. Supellex est enim quodam modo nostra, quae est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis usitatisque verbis, quod aut optime sonant aut rem maxime explanant; in alienis aut translatum ac sumptum aliunde ut mutuo aut factum ab ipso ac novum aut priscum et inusitatum; sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro
81 utimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quae permanent, etiamsi verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed quae emineant pauciora. Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in facien-

1. *in hoc* in dem eben angeführten Punkte, dem acutum (subtile) dicendi genus, besteht die Hauptstärke des Attikers.

2. *dominabitur* 128 in quo uno regnat oratio. de or. I, 60 (mit etwas anderer Wendung) quod unum in oratore dominatur; *verecundus* ‚mit grosser Zurückhaltung‘ (de or. I, 171) ist besonders zu betonen; darin offenbart sich eben dieses subtile genus, daher auch asyndetisch angefügt. (de or. III, 165 *verecunda* debet esse translatio; de opt. gen. or. 4 in translatis ut similitudinem secuti *verecunde* utamur alienis).

3. *supellex* ‚Hausrath‘, d. h. alles das, was der Redner zur Verschönerung des Ausdrucks braucht; eine kurze technische Erörterung (bis *ergo ille* § 81), wie § 92 ff. zur Verdeutlichung des Begriffes von orat. supellex. — *nostra* sc. oratorum.

5. *duplex* 134. de or. III, 149 est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est, alius qui ex continuatis coniunctisque constat.

*in propriis* im Gebrauch unfigürlicher, nicht bildlicher, sondern eigentlicher Ausdrücke de or. III, 149 f. utemur verbis aut eis, quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis. — In propriis est verbis illa laus oratoris, ut abiecta et obsoleta fugiat, lectis atque *illustribus* utatur, in quibus plenum quiddam et *sonans* inesse videatur.

7. *in alienis* de or. III, 159 admirandum videtur, quid sit, quod omnes translatis et *alienis* magis delectentur verbis quam propriis et suis; *aut translatum* etc. de or. III, 152 ff. tria sunt in *verbo simplici,* quae orator adferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut *inusitatum* verbum aut *novatum* aut *translatum* (III, 170. or. 81 in faciendis verbis — in transferendis — in priscis; 201 translatum, novum, priscum); inusitata sunt *prisca* fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa; — novantur verba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac *fiunt;* — translationes quasi *mutuationes* sunt, cum quod non habeas *aliunde sumas.* An unserer Stelle verbindet Cic. Begriff und Erklärung mit einander, so dass wir also auch hier drei Ausdrücke mit je einer Epexegese haben, § 81. 201.

8. *factum* 68.

9. *raro* de or. III, 153 inusitata (prisca) sunt poetarum licentiae liberiora quam nostrae; sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem.

10. *collocata* 125 s. ind. lumina; *concinnitatis* ‚Symmetrie‘, 38. 83. 20.

12. *Nam* in der occupatio 16; *sententiarum ornamenta* σχήματα ἐννοιῶν 136; *illa quidem* 13.

13. *quae emineant* näml. unter der grossen Anzal, die also auch allein angeführt zu werden brauchen.

14. *pauciora* verhältnismässig we-

dis verbis erit audax et in transferendis verecundus et parcus in
priscis, reliquisque ornamentis et verborum et sententiarum de-
missior; tralatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo
omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum, si quidem
est eorum ‘gemmare vites, sitire agros, laetas esse segetes, luxu-
riosa frumenta’; nihil horum parum audacter, sed aut simile est 82
illi unde transferas, aut si res suum nullum habet nomen, docendi
causa sumptum, non ludendi videtur. Hoc ornamento liberius
paullo quam ceteris utetur hic summissus, nec tam licenter tamen,
quam si genere dicendi uteretur amplissimo. Itaque illud indeco- 25
rum — quod quale sit ex decoro debet intellegi — hic quoque
apparet, cum verbum aliquod altius transfertur, idque in oratione
humili ponitur, quod idem in alia deceret. Illam autem concinni- 83
tatem, quae verborum collocationem illuminat eis luminibus, quae
Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant —, quod
idem verbum ab eis etiam in sententiarum ornamenta transfertur
— adhibebit quidem hic subtilis (quem nisi quod solum, cetero-
quin recte quidam vocant Atticum), sed paullo parcius. Nam sicut
in epularum apparatu a magnificentia recedens non se parcum so-

niger, d. h. sie lassen sich doch auf eine kleinere Anzal der eigentlich bedeutenden σχήματα reducieren, wie Cic. selbst de or. III, 202 ff. u. or. § 137 versucht hat; *ergo* damit geht Cic. auf die Anwendung des eben erörterten für den tenuis orator über; *elegans* 28. 83. *in faciendis* 176.

1. *verecundus* 79. 124. de or. III, 165 verecunda debet esse translatio; ad Fam. XVI, 17, 1 quomodo Theophrasto placet, *verecunda* tralatio (σώφρων); ad Her. IV, 45 translationem *pudentem* dicunt esse oportere, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem (rem) transcurrisse.

2. *demissior* ‚schüchterner, zurückhaltender‘.

3. *tralatione* im Gebrauch der (üblichen) Metaphern.

4. *rusticorum* de or. III, 155 tertius ille modus *transferendi* verbi late patet. — Nam ‚gemmare vites, luxuriam esse in herbis, laetas segetes‘ etiam rustici dicunt.

6. *sed* sc. quodvis eorum, was nach dem bekannten Sprachgebrauch aus nihil zu entnehmen ist. Die Kühnheit entschuldigt sich dadurch, dass ein jedes entweder dem ähnlich ist etc.; *aut simile est* de or. III, 39, 157 si simile nihil habet, repudiatur.

7. *suum nullum — nomen* wie gemmare de or. III, 159 si res suum nomen et vocabulum proprium non habet, ut pes in navi, ut nexum quod per libram agitur, ut in uxore divortium, necessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere; *docendi causa,* um aufzuklären, etwas deutlich zu machen, *non ludendi* nicht aus bloser Spielerei.

8. *hoc ornamento* sc. tralationis, der Metapher.

9. *summissus* 76. 90.

10. *illud* das oben erwähnte 70.

12. *altius transfertur* 65.

13. *in alia,* wie der oratio mediocris oder ampla; *illam* 81.

14. *verborum collocationem* die σχήματα λέξεως 134; *illuminat — luminibus* de or. III, 176 translatum (die Metapher) illuminat orationem, nach der bekannten figura etymologica de or. I, 235 dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam s. ind. lumina.

17. *quem* etc. Cic. lässt nicht leicht eine Gelegenheit vorbeigehn, diese Einseitigkeit in der Bestimmung dessen, was ‚attisch‘ sei und heisse zurückzuweisen 28.

19. *parcum* etc. er wird wie bei

84 lum, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus utatur; sunt enim pleraque apta huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniae. Nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto fugienda sunt, paria paribus relata et similiter conclusa eodemque pacto cadentia et immutatione litterae quasi quaesitae venustates, ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto depre-
85 hensum appareat; itemque si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienae. Ceteris promiscue poterit uti, continuationem verborum modo relaxet et dividat utaturque verbis quam usitatissimis, tralationibus quam mollissimis. Etiam illa sententiarum lumina adsumet, quae non erunt vehementer illustria: non faciet rem publicam loquentem nec ab inferis mortuos excitabit nec

der Tafel allen Prunk vermeiden und so zu sagen einen sehr einfachen, aber dabei doch feinen und gewälten Tisch führen. Brut. 148 Crassus erat elegantium parcissimus, Scaevola parcorum elegantissimus.

1. *eliget,* eben weil er zu den elegantes gehören will; *sunt* etc. schliesst sich eng an utatur an: die Pseudoattiker behaupten, der attische Redner dürfe überhaupt von den lumina orationis keinen Gebrauch machen; das ist falsch; denn die meisten der rhetorischen Figuren eignen sich ganz wol für den attischen Redner, nur dass er einen sparsamen Gebrauch davon mache. *pleraque apta* wie gleich hernach 86 pleraque ex illis convenient etiam huic tenuitati. *huius ipsius oratoris* mit besonderem Nachdruck, im Gegensatz zu der Meinung der Pseudoattiker. *parsimoniae* wie hernach tenuitati.

3. *nam* schliesst sich an den Hauptgedanken an eliget, quibus utatur; denn von allen ohne Unterschied darf er allerdings nicht Gebrauch machen; *ante* 65. 38; *huic acuto* 20. 98.

5. *immutatione litterae* mittels der Paronomasie de or. II, 256 alterum genus est, quod habet parvam verbi immutationem, quod in littera positum Graeci vocant *παρονομασίαν* ut ‚nobiliorem mobiliorem'; *elaborata* ‚künstlich ausgearbeitet, erkünstelt'.

6. *aucupium* ‚ein Haschen nach Effect' 197. 63.

7. *iterationes* 135; *contentionem* 56. 95 Steigerung des Tons und der Stimme (clamorem), Pathos im Vortrag, *summissio* dagegen der ruhig gehaltene Ton, wie der attische Redner selbst summissus ist (76. 82. 90) vgl. de or. III, 212.

9. *ceteris* sc. ornamentis s. luminibus verborum s. orationis; *continuationem verb.* den Periodenbau s. § 77. part. or. 21 constructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum *dissolutionibus* quasi *relaxetur;* dadurch wird das solutum herbeigeführt 77.

10. *dividat* wodurch die minuta entstehen 78.

11. *quam mollissimis,* die nichts schroffes, nichts auffallendes haben; *illa* 83. 136 ff. also auch hier hinsichtlich der *sententiarum* lumina: eliget quibus utatur.

12. *quae non* etc. die nicht zu viel Glanz haben, zu sehr in die Augen fallen und daher eher für das genus grande passen; *non faciet* etc. wie Cic. dieses ‚sententiarum lumen vehementer illustre' öfters angewendet hat Catil. I, 17 f. patria — tecum, Catilina, sic agit et quodam modo tacite loquitur: nullam iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te' etc. I, 27 si mecum patria — si cuncta Italia, si omnis res publica loquatur: ‚M. Tulli quid agis' etc. (IV, 18). Es ist die bekannte Figur der *προσωποποιία*. Quint. IX, 2, 32; XII, 10, 61 apud hunc et patria ipsa exclamabit.

13. *ab inferis* Brut. 322 ex qua (memoria rerum Romanarum) si

acervatim multa frequentans una complexione devinciet; valentiorum haec laterum sunt nec ab hoc quem informamus aut exspectanda aut postulanda; erit enim ut voce, sic etiam oratione suppressior; sed pleraque ex illis convenient etiam huic tenuitati, quamquam eisdem ornamentis utetur horridius; talem enim inducimus. Accedet actio non tragica nec scenae, sed modica iacta- 86
tione corporis, vultu tamen multa conficiens; non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue quo sensu quidque pronuntient.

Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo 26, 87
nimium quantum valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Utetur utroque; sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo, cuius ge-

quando opus esset, ab inferis locupletissimos testes excitaret. de or. I, 245 si causam ageres militis, patrem eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses. Top. 45 in hoc genere oratoribus concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur. Quint. XII, 10, 61 hic orator et defunctos excitabat, ut Appium Caecum (p. Cael. 33).

1. *acervatim* mittels der Figur des *συναθροισμός*, Quint. VIII, 4, 26 potest adscribi amplificationi *congeries* quoque verborum ac *sententiarum idem significantium;* nam etiamsi non per gradus ascendant, tamen velut acervo quodam allevantur, p. Ligar. 3, 9 quid enim, Tubero, tuus ille destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? — *una complexione* durch das Band einer Periode zusammenfassen.

2. *ab hoc* sc. Attico oder tenui oratore; *informamus* 7.

4. *sed* abgesehen von diesen *vehementer* illustria lumina, pleraque *ex illis* sc. ornamentis *sententiarum* Attico oratori convenient.

5. *eisdem* ebendieselben, wie sie im genus amplum vorkommen; *horridius* 20 ‚nicht so brillant' wie der gravis orator.

*talem* mit besonderem Nachdruck: so fasse ich den attischen Redner hinsichtlich der elocutio auf, nicht so dürftig, wie die Pseudoattiker.

8. *os ducere* das Gesicht verziehn, ‚Gesichter schneiden' Quint. IX, 3, 101 nam et vultus mutatio oculorumque coniectus multum in actu valet, sed si quis *ducere os* exquisitis modis et frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur; *ingenue* ‚in natürlicher Weise', de or. III, 220 omnes hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens scenicus, sed universam rem et sententiam non demonstratione sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra.

10. *aspergentur* als die rechte Würze de or. I, 159 libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale perspergatur omnis oratio II, 241.

11. *nimium quantum*, wie mirum quantum, ‚ausserordentlich viel', Cic. de Finn. bon. et mal. IV, 70 inter honestum et turpe nimium quantum .. interesse. — *duo genera* s. ind. facetiae.

13. *iaciendo mittendoque* (wie hernach § 89 figere) eine nahe liegende Metapher: ‚Wie rasche Pfeile sandte mich Archilochus' A. W. Schlegel: der Jambe. de or. II, 219 in hoc altero (genere) dicacitatis quid habet ars loci, cum ante illud facete dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur?

88 nera plura sunt, — sed nunc aliud agimus. Illud admonemus
tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne
scurrile sit, nec subobsceno ne mimicum, nec petulanti ne impro-
bum, nec in calamitatem ne inhumanum, nec in facinus, ne odii
locum risus occupet, neque aut sua persona aut iudicum aut tem-
89 pore alienum; haec enim ad illud indecorum referuntur. Vitabit
etiam quaesita nec ex tempore ficta, sed domo adlata, quae ple-
rumque sunt frigida. Parcet et amicitiis et dignitatibus, vitabit
insanabiles contumelias, tantummodo adversarios figet, nec eos tamen
semper nec omnes nec omni modo. Quibus exceptis sic utetur
sale et facetiis, ut ego ex istis novis Atticis talem cognoverim ne-
90 minem, cum id certe sit quam maxime Atticum. Hanc ego iudico
formam summissi oratoris, sed magni tamen et germani Attici;
quoniam quidquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium

1. *primas* 18. de off. II, 65 f. iuris civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio —; atque huic arti finitima est dicendi facultas et gratior et ornatior. Quid enim eloquentia praestabilius vel admiratione audientium vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratia? *Huic ergo a maioribus nostris est in toga dignitatis principatus datus.* — *urbanis pacatis rebus* de off. II, 66 in toga. de or. I, 30 haec una res (die eloquentia) in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus semper floruit; II, 33 ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera civitate dominatur. Brut. 45 pacis est comes otiique socia eloquentia; *urbanis* ist nachdrücklich vorangestellt: vorausgesetzt, dass in Rom Friede war: Rom ist ja ausschliesslich die Stätte, an der die Beredsamkeit, wie die Rechtskunde ihre volle Wirksamkeit entfalten, ihre volle Bedeutung erlangen kann, hier ist das forum, hier der Senat, hier der Sitz der Regierung und Gerichte; aber freilich auch hier nur pacatis rebus, denn inter arma silent nicht nur leges, sondern auch orationes, eloquentia obmutescit Brut. 6. 22. 330 ff.

2. *secundas* Brut. 151 (Serv. Sulpicius) videtur mihi in secunda arte (d. h. der Jurisprudenz) primus esse maluisse quam in prima (d. h. der Eloquenz) secundus.

3. *praescriptionum* etc. s. d. ind.; *praeceptio* specielle Unterweisung in den verschiedenen juristischen Formeln und Stipulationen de off. II, 65 in iure cavere, consilio iuvare atque hoc scientiae genere prodesse quam plurimis vehementer et ad opes augendas pertinet et ad gratiam.

5. *regiones* ‚Bezirk, Revier' de or. II, 147.

7. *domus* der persönliche Umgang mit den bedeutendsten Rechtsgelehrten und Staatsmännern war die wichtigste Bildungsschule des jungen vornehmen Römers de or. I, 200. Lael. 1. Tacit. dial. de or. c. 34.

8. *ornate:* dieses ornate dicere war es eben, was die Gegner Ciceros beständig bekrittelten.

11. *turpe* Sen. pr. cont. II, 5 minime probabili more turpe erat docere, quod honestum erat discere.

12. *factitatum* hat also eine gewisse Tradition für sich.

13. *fateor sed* wie 31.

14. *respondentes* bei der Erteilung rechtlicher Gutachten oder begehrten Rechtsbescheids an die consulentes de or. I, 212. Brut. 306 ego iuris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae Q. F., qui quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen *consulentibus respondendo* studiosos audiendi docebat.

15. *ipsi* wo sie blos zu lehren gehabt hätten.

scentibus satis facerent et consulentibus: alteri cum domesticum
tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis,
reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant
instituendi aut docendi locum? Atque haud scio an plerique
nostrorum oratorum ingenio plus valuerint quam doctrina. Itaque
illi dicere melius quam praecipere, nos contra fortasse possumus.
At dignitatem docere non habet. Certe, si quasi in ludo; sed si 144
monendo, si cohortando, si percontando, si communicando, si in-
terdum etiam una legendo, audiendo, nescio cur cum docendo
etiam aliquid aliquando, possis meliores facere, cur nolis? An,
quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, ut est,
quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est?
At ius profitentur etiam qui nesciunt; eloquentia autem illi ipsi, 145
qui consecuti sunt, tamen se valere dissimulant, propterea quod

1. *domesticum* die Vorbereitungszeit innerhalb der vier Wände ihres Hauses.

2. *in cognoscendis* ,beim Studiren'.

4. *locum* es war alles (der ganze Tag) besetzt.

5. *doctrina* theoretische, wissenschaftliche Bildung, wie sie besonders durch das Studium der griech. Literatur erworben wird, worin eben Cic. unter seinen Zeitgenossen besonders hervorragte.

6. *contra* gerade umgekehrt, ad Att. X, 8, 2 id ego contra puto; ad fam. XII, 18, 2 utrumque contra accidit (ganz anders) p. Cluentio 84 in stultitia contra est.

7. *si* sc. doceas; *quasi in ludo* wie die griechischen rhetores oder nach ihrem Vorgang die lateinischen dicendi magistri, die dergleichen als Gewerbe trieben und einen schulmässigen Elementarunterricht erteilten; der freiere wissenschaftliche Verkehr ist davon sehr weit verschieden..

10. *meliores facere* sc. aliquos; *cur nolis:* cur aus rhetorischen Gründen wiederholt (de div. I, 131); das Fragewort lehnt sich gern unmittelbar an nescio an (wie 211), daher die nochmalige besondere Aufnahme desselben vor nolis. (Vielleicht schrieb Cic. als Parenthese: nescio cur *non* docendo etiam aliquid aliquando ,ich sehe nicht ein, warum nicht auch dadurch dass man ein und das andere manchmal förmlich lehrt'.) Vgl. d. krit. Anh.

11. *quibus verbis* die specielle solenne Formel, de or. I, 237 neque illud est mirandum, qui *quibus verbis* coëmptio *fiat* nesciat, eundem eius mulieris, quae coemptionem fecerit, causam posse defendere; *sacrorum alienatio* s. ind. alienatio.

12. *retineri*, wenn z. B. eine glückliche Verteidigung einen Angeklagten vor dem Exil und damit vor dem Verlust seiner sacra bewahrte.

13. *at* ein weiteres Bedenken, gerade als Lehrer der Beredsamkeit aufzutreten: das ius zu lehren hat nichts Bedenkliches, gerieren sich doch selbst solche, die nichts vom ius verstehen so, als wären sie studierte Juristen vom Fach (ius profitentur ἐπαγγέλλονται). Anders verhält es sich mit der Redekunst: die will Niemand studiert haben; um sich nicht dem Mistrauen des Publicums auszusetzen, mindert man jeden Schein der Doctrin.

14. *qui consecuti sunt* sc. eam, die sich also auch besonders bemüht haben, dies Ziel zu erreichen, und doch wollen sie nicht scheinen, als hätten sie besondere Mühe, besondere Studien darauf verwandt; de or. II, 4 Antonius probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, *si omnino didicisse numquam putaretur.* II, 153 semper ego (spricht Antonius) existimavi iucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui primum

prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquentia potest, aut id quod dissimulat effugit, aut est periculum, ne quis putet in magna arte et gloriosa turpe esse
146 docere alios id quod ipsi fuerit honestissimum discere? Ac fortasse ceteri tectiores; ego semper me didicisse prae me tuli. Qui enim possem, cum et afuissem domo adulescens et horum studiorum causa maria transissem, et doctissimis hominibus referta domus esset, et aliquae fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notae, cumque vulgo scripta nostra legerentur, dissimulare
43 me didicisse? Quid erat cur improbarem, nisi quod parum fortasse profeceram? Quod cum ita sit, tamen ea, quae supra dicta

quam minimam artificii alicuius, deinde nullam Graecarum rerum significaret.

1. *prudentia* der praktische Verstand, insbesondere die Rechtskenntnis (Brut. 97. 102. 104. 112 de or. I, 85), *lingua* die Geläufigkeit im Ausdruck des disertus; der traut das Volk nicht; *num igitur* in der Widerlegung ohne vorausgehende Formel des Zugeständnisses. Seyffert schol. lat. § 64.

2. *latere*, da doch omnis dicendi ratio in medio posita communi quodam in usu atque in hominum ore et sermone versatur de or. I, 11 ‚dass er zu reden versteht', bleibt doch nicht verborgen; *quod dissimulat*, das didicisse oder das artificium; *effugit* ‚bleibt unbeachtet, entgeht der Aufmerksamkeit'; *aut* etc. wenn also das discere zugestandnermassen honestum est, so kann auch das docere nicht turpe sein.

5. *tectiores* sind vorsichtiger, lassen es weniger merken (wissenschaftliche Studien gemacht zu haben), ich habe niemals Hehl daraus gemacht. Phil. XIII, 6 (sapientia) cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione tectior. de or. II, 296; *didicisse* ohne Object: Studien gemacht zu haben de or. II, 4. Brut. 249; *prae me tuli*. p. Arch. 12 ego vero fateor me his studiis esse deditum.

6. *qui possem* steht nachdrücklich voran, da Cic. darauf hinweisen will, dass es für ihn ganz unmöglich gewesen, seine wissenschaftlichen (hellenistischen) Studien zu verleugnen, weil die Beweise dafür in allbekannten Thatsachen zu offenkundig vorlägen.

6. *adulescens* nicht etwa in den Jahren, wo man noch übersehen wird, sondern zu einer Zeit, wo ich schon im Begriff war, die öffentliche Staatslaufbahn zu betreten.

7. *maria,* der Plural mit rhetorischer Steigerung; die Reise übers Meer war ein eclatanter Beweis, in wie hohem Grade mich diese (hellenistischen) Studien (p. Arch. 12) anzogen. S. d. krit. Anh.

*referta:* es kehrte nicht etwa nur hier und da einmal ein gelehrter Grieche bei mir ein, sondern mein Haus war gleichsam der Sammelplatz der gelehrtesten Männer (der Stoiker Diodotus lebte ganz bei ihm im Hause).

8. *in sermone nostro*, so dass schon der mündliche Ausdruck den Einfluss griechischer Bildung verriet.

9. *vulgo* nicht blos von ein paar Freunden oder Gesinnungsgenossen, sondern vom grossen Publicum, vor dem ich in dieser Beziehung gleichsam ipso facto ein Bekenntnis meiner wissenschaftlichen Bildung ablegte.

10. *improbarem* sc. me didicisse, warum ich darüber hätte unzufrieden sein sollen.

11. *tamen* etc. relativ aber lässt sich allerdings das gleich zu behandelnde Kapitel der Rhetorik vom oratorischen Numerus und was damit zusammenhängt (vom Hiatus und dergl.) ein wenig tiefer herab, als die vorausgehenden Erörterungen.

sunt, plus in disputando quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. De verbis enim componendis et de syllabis prope- 147 modum dinumerandis et dimetiendis loquemur: quae etiam si sunt, sicuti mihi videntur, necessaria, tamen fiunt magnificentius quam docentur. Est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur. Nam omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item; sed esse illa sine his non potest. Me autem sive pervagatissimus ille versus, qui vetat,

artem pudere proloqui, quam factites,

dissimulare non sinit qui delecter, sive tuum studium hoc a me volumen expressit, tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quodsi ea quae dixi non ita essent, 148 quis tamen se tam durum agrestemque praeberet, qui hanc mihi non daret veniam, ut cum meae forenses artes et actiones publicae concidissent, non me aut desidiae, quod facere non possum, aut maestitiae, cui resisto, potius quam litteris dederem? Quae quidem me antea in iudicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi; nec vero talibus modo rebus, quales hic liber continet, sed multo etiam gravioribus et maioribus: quae si erunt

3. *dimetiendis.* 38. 183. Quint. IX, 4, 112 dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis.

4. *fiunt* Periodenbildung u. oratorischer Numerus nehmen sich besser in der Ausführung aus, als in der Theorie, d. h. der theoretischen Zergliederung.

5. *proprie* ganz speciell gilt der Satz in der vorliegenden Beziehung.

6. *magnarum* de or. I, § 20.

8. *versus* wahrscheinlich aus einer nicht mehr bekannten Komödie.

9. *proloqui* offen als sein Metier zu bekennen; *factites* fast ein technischer Ausdruck: ‚als Geschäft betreiben' Brut. 130 qui — accusationem factitaverit. Quint. VII, 2, 26 medicinam factitasse. Tac. hist. II, 10 qui temporibus Neronis delationes factitaverat.

10. *qui*, die alte Form für quo; *tuum studium* dein dringender aus lebendigem Interesse hervorgegangener Wunsch, neben Ciceros eigener Freude daran 140. *sive* — *sive* — *tamen* wie de or. II, 10.

13. *quis* etc. ad Fam. IX, 6, 5 quis hoc non dederit nobis, ut, cum opera nostra patria sive non possit uti sive nolit, ad eam vitam revertamur, quam multi docti homines rei publicae praeponendam putaverunt?

14. *forenses artes* um den Vergleich festzuhalten im Gegensatz zu den artes domesticae, den theoretisch-wissenschaftlichen Beschäftigungen, gleichsam: meine praktischen Künste auf dem Forum; dem entspricht hernach iudicia; *actiones publicae* meine staatsmännische Wirksamkeit, bezieht sich besonders auf seine Thätigkeit im Senat; daher hernach in curiam.

15. *concidissent* also gänzlich darniederliegen. de or. III, 2, 7 corruunt.

16. *maestitiae* Melancholie.

19. *gravioribus* — gerade in diese und die nächstfolgende Zeit fallen die wichtigsten, sowol staatswissenschaftlichen, als philosophischen Schriften Ciceros: die Fortsetzung der schon früher begonnenen Schrift de legibus, dann Hortensius, de finibus u. a.

Die Lehre (tractatio) von der Wortstellung (*collocatio verborum*):

*a*) von der Stellung und dem Gebrauch der Wörter nach den Gesetzen des Wollauts der Silben und Buchstaben (im Auslaut und Anlaut) § 149—162.

perfectae, profecto forensibus nostris rebus etiam domesticae litterae respondebunt. Sed ad institutam disputationem revertamur.

44, 149 Collocabuntur igitur verba, ut aut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum primis eaque sint quam suavissimis vocibus, aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum, aut ut comprehensio numerose et apte cadat.

Atque illud primum videamus quale sit; quod vel maxime desiderat diligentiam. Est enim quasi structura quaedam, nec id tamen fiet operose; nam esset cum infinitus tum puerilis labor; quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola:

quam lepide λέξεις compostae, ut tesserulae, omnes
arte pavimento atque emblemate vermiculato.

3. *ut aut* statt aut ut, wie öfters das erste disjunctive Satzglied, um die steife streng logische Diction zu vermeiden, eingeführt wird Brut. 321. Die erste Forderung bezieht sich auf die *compositio* 202; *aptissime* im speciell rhetorischen Sinn: in richtiger euphonischer Aneinanderfügung (*iunctura*). de or. III, 172 est haec collocatio conservanda verborum — quae iunctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae lenem, quae aequabiliter fluentem. Id adsequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, ut neve aspere concurrant neque vastius diducantur.

4. *extrema* 150, der Auslaut mit dem Anlaut, so dass weder ein Hiatus, noch ein allzuharter Zusammenstoss der Consonanten erfolge, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit' de or. III, 171; *suavissimis vocibus* mit Vermeidung jeder Kakophonie, also so, dass die Gesetze des Wollauts (der besonders auf den Vocalen beruht) überall gewahrt werden.

5. *aut ut:* die zweite Forderung bezieht sich auf die Stellung der Wörter nach der in ihnen liegenden Concinnität oder natürlichen Symmetrie (*ordo*); *forma ipsa,* so dass die oratorische Beschaffenheit der Wörter an sich als natürliche Antithesen und die durch diesen Parallelismus bewirkte (natürliche) Symmetrie ihren abgerundeten Satz bilden (symmetrische Gliederung der Periode); *orbem* κύκλος τῆς περιόδου oder περίοδος der abgerundete Satz, die (oratorische) Periode 207 ut tamquam in orbe inclusa currat oratio, 234. de or. III, 198 veteres — cum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent.

6. *aut ut* die dritte Forderung bezieht sich auf die Stellung der Worte nach den Gesetzen des oratorischen Numerus (Rhythmus); *comprehensio* die Gesamtperiode 198. 199. 204. 208. 212. 221. 223. 225. Brut. 34. 96. 140. 162. 274. 327; *apte* dass die Periode einen rhythmischen und in harmonischer und fester Fügung abschliessenden Tonfall habe 168. 170. 174. 177. 191. 215. 219. 227. 228. 230. 232. 233. 235. 236. Brut. 68. de or. II, 34.

7. *illud* die Aneinanderreihung der Worte nach den Gesetzen des Wollauts.

8. *structura* eigentl. die Aneinanderfügung der fertigen Werkstücke beim Bauen, hier übertragen (daher quasi) auf die kunstmässige Verbindung der Worte (das Wortgefüge) Brut. 33 ante hunc verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat. de or. III, 171 (struere) Brut. 274.

9. *operose* mühsam und pedantisch; die diligentia, die ganz an ihrem Orte ist, darf nicht in kleinliche Akribie ausarten.

10. *scite exagitat* wie de or. II, 238 eaque belle agitata ridentur. Brut. 109 facete agitavit C. Gracchum. s. ind. Albucius.

12. *arte* kunstgerecht, in vollendeter Technik Brut. 118 ut omnes fere Stoici — id arte faciant sint-

Nolo tam minuta haec constructio appareat, sed tamen stilus 150
exercitatus efficiet facilem hanc viam componendi. Nam ut in
legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet quid sequatur,
ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut
hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesve
sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendunt aures,
quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem Latina lingua
sic observat, nemo ut tam rusticus sit qui vocales nolit coniun-
gere. In quo quidam Theopompum etiam reprehendunt, quod eas 151
litteras tanto opere fugerit, etsi idem magister eius Isocrates. At
non Thucydides; ne ille quidem haud paullo maior scriptor Plato,
nec solum in eis sermonibus, qui *διάλογοι* dicuntur, ubi etiam de
industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est

que architecti paene verborum; *pavimento* zum Schmuck der Fussböden wurde bekanntlich das opus musivum vorzüglich angewandt (pavimenta tesseris structa); *emblema* ist die Einlage (Medaillon) von feiner musivischer Arbeit (vermiculatum opus) in den aus Marmor oder gröberem Mosaik gearbeiteten Fussböden.

1. *minuta* minutiös, ins kleinliche gehend 40; *constructio* 37; *stilus exercitatus* eine geübte Hand oder Feder (würden wir sagen) Brut. 96 artifex, ut ita dicam, stilus, de or. I, 150 stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister.

2. *efficiet*, wird diese scheinbar so schwierige Compositionsweise leicht machen, dass wirs unschwer erreichen.

4. *extremorum* 149.

5. *hiulcas* de or. III, 43, 171. Quint. IX, 4, 33 tum vocalium concursus; quod cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio; *asperas* Quint. IX, 4, 37 ceterum consonantes quoque, earumque praecipue quae sunt asperiores, in commissura verborum rixantur; *suaves gravesque* 62. 168. 182.

6. *inconditis verbis* formlos 173. 233. de or. III, 173 id princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa — numeris astringeret.

7. *superbissimum* sehr streng und wählerisch Hor. sat. II, 6, 86 dente superbo.

8. *coniungere* zusammenziehn, in einander überfliessen lassen. Die lateinische Sprache duldete keinen Hiatus.

9. *in quo* 58. de or. III, 171; *eas litteras*, das Zusammentreffen offen bleibender Vocale, also den Hiatus.

10. *idem* sc. fecit, wie auch Demetr. de elocut. 68 bezeugt: *περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἄλλοι δέ τινες ὡς ἔτυχε συνέκρουσαν καὶ παντάπασιν.* Seine Vorschrift lautete: *δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τοιόνδε.*

11. *Thucydides*: Demetr. de elocut. 72 *ἐν δὲ τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι σύγκρουσις παραλαμβάνοιτ' ἂν πρέπουσα — ὡσαύτως καὶ τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι τὸ Θουκυδίδειον· συγκρούονται καὶ δίφθογγοι διφθόγγοις. ταύτην κατῴκησαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.*

*ne — quidem* asyndetisch, wie öfters 158.

12. *de industria*, weil sie eben die grata neglegentia (Quint. IX, 4, 37) der gewöhnlichen Umgangssprache nachahmen.

13. *in populari oratione*, einer *δημηγορία* vor einem grossen Publicum (in contione) vorgetragen, dessen Ohren auf jeden Mislaut merken 173. de or. III, 196; *mos est*. Nach einer Anordnung Solons (Diog. Laert. Sol. 8. 55) wurde in Athen im Laufe eines jeden Kriegs

Athenis laudari in contione eos qui sunt in proeliis interfecti; quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocalium concursio, quam magna ex
45, 152 parte ut vitiosam fugit Demosthenes. Sed Graeci viderint: nobis ne si cupiamus quidem distrahere voces conceditur. Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae praeter eos, qui, ut versum facerent, saepe hiabant, ut Naevius;

vos, qui áccolitis Hístrum fluvium atque álgidam

et ibidem:

quam númquam vobis Grái atque bárbari.

At Ennius semel: ‚Scipio invicte.'

Atque item nos:

Hoc motu radiantis Etesiae in vada ponti.

Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare
153 etiam solent. Sed quid ego vocales? sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent ‚multi' modis, vas' argenteis, palm' et crinibus, tecti' fractis'? Quid vero licentius quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut ‚duellum' bellum et ‚duis' bis, sic ‚Duellium' eum, qui

jährlich zu Ehren der Gefallenen ein feierliches Leichenbegängnis gehalten (Thuc. II, 34 *τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων*), wobei ein angesehner Athener die Lobrede hielt (ὃς *ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα*).

2. *illo die,* das keine Beziehung im Vorhergehenden hat, erklärt man sehr gezwungen ‚an dem feststehenden, dir bekannten Tage'; aber wahrscheinlich ist, wie Bake erkannt hat, der ganze Zusatz *quae sic probata est* etc. eine ungeschickte Randbemerkung eines Lesers.

3. *vocalium,* z. B. c. 7 *ἐν ᾧ ἡ πᾶσα γῆ ἀνεδίδου καὶ ἔφυε ζῶα παντοδαπά —, ἐν τούτῳ ἡ ἡμετέρα θηρίων ἄγονος ἐφάνη.* — *magna ex parte* Quint. IX, 4, 36 at Demosthenes et Cicero *modice* respexerunt ad hanc partem.

4. *viderint,* in wie weit dies nach den Lautgesetzen ihrer Sprache gestattet ist de or. I, 246. II, 235. Brut. 297.

5. *ne — quidem* die Negation, die dem Gedanken nach zum Hauptsatz gehört, schliesst sich durch eine Art Assimilation an quidem an (*οὐδ' εἰ βουλοίμεθα*) Brut. 299 quare *εἴρωνα* me, ne si Africanus quidem fuit, existimari velim. p. Quint. 73. p. Planc. 49. ad Att. XIII, 10, 3; *distrahere* das Gegenteil von coniungere, aus einanderhalten, ohne Synalöphe sprechen, den Hiatus belassen.

6. *horridulae* 20, in denen trotzdem der Hiatus vermieden ist.

8. *algidam* sc. Scythiam oder Thraciam.

11. *semel,* der auch in metrischer Beziehung vollkommenere Ennius nur einmal (in einem Vers seiner Annalen Vahlen p. 48), so weit sich Cicero erinnerte.

12. *atque item* (s. d. krit. Anh.) ebenfalls einmal, in einer Jugendarbeit, der Uebertragung von Aratus Phänomena, s. ind. Aratus.

13. *radiantis* sc. Solis. Der Hiatus *Etesiae* ist von den obigen verschieden und ein erlaubter, indem die lange Endsylbe in der Thesis vor dem Vocale verkürzt wird.

17. *palm' et crinibus* wahrscheinlich aus Ennius Hecuba u. Uebertragung von Eurip. Hecuba 836 f. *εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι.*

18. *aptiora* 149 ‚geschlossener'.

Poenos classe devicit, ‚Bellium' nominaverunt, cum superiores appellati essent semper ‚Duellii'. Quin etiam verba saepe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim vester ‚Axilla' ‚Ala' factus est, nisi fuga litterae vastioris? quam litteram etiam e ‚maxillis et taxillis et vexillo et pauxillo' consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Libenter etiam copulando verba iungebant, 154
ut ‚sodes' pro ‚si audes', ‚sis' pro ‚si vis'. Iam in uno ‚capsis' tria verba sunt. ‚Ain' pro ‚aisne', ‚nequire' pro ‚non quire', ‚malle' pro ‚magis velle' ‚nolle' pro ‚non velle', ‚dein' etiam saepe et ‚exin' pro ‚deinde' et ‚exinde' dicimus. Quid? illud non olet unde sit, quod dicitur ‚cum illis', ‚cum' autem ‚nobis' non dicitur, sed ‚nobiscum'? quia si ita diceretur, obscenius concurrerent litterae, ut etiam modo, nisi ‚autem' interposuissem, concurrissent. Ex eo est ‚mecum' et ‚tecum', non ‚cum me' et ‚cum te', ut esset simile illis ‚vobiscum ac nobiscum'. Atque etiam a quibusdam sero iam 46, 155
emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt; nam pro ‚deum atque hominum fidem' ‚deorum' aiunt. Id, credo, illi nesciebant: an

3. *vester,* insofern des Brutus Mutter Servilia den bekannten magister equitum C. Servilius Ahala (439) unter ihre Ahnen zählte. Plut. Brut. 1.

4. *vastioris* des unschönen Lautes (x) wegen. de or. III, 12, 45 non aspere (sc. locutus est), non *vaste,* non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leniter.

5. *maxillis* etc. wofür man denn also lieber mala (aus maxla?), talus, velum, paulum sagte. Die angeführten Wörter sind aber wol Deminutivformen.

6. *copulando* durch Zusammensetzung (Verschmelzung) 115.

7. *capsis* Quint. I, 5, 66 ex tribus nostrae utique linguae non concesserim, quamvis ‚capsis' Cicero dicat compositum esse ex ‚cape si vis'. Es ist bekannt, welch wunderliche Ansichten die Alten oft hinsichtlich der Wortbildungen u. Wortableitungen hatten: capsis ist wie faxis, auxis alte Form des perf. coni. Ebenso sind *dein, exin* nicht durch den Wegfall von de am Ende, sondern aus de — im, ex — im (von is) entstanden.

8. in *nequire* ist *ne* die alte Form der Negation, die auch in *non* (verkürzt aus *noenum, noenu*) steckt.

10. *olet* etc. verrät es nicht seinen Ursprung gleichsam durch seinen Geruch; riecht man ihm nicht den Ursprung an? (wol hier mit Beziehung auf den besonderen Fall). Cic. erklärt den Gebrauch von nobiscum aus dem Bestreben, solche *κακέμφατα* zu vermeiden, namentlich wenn etwa durch den zufälligen Zusammenstoss von sonst unverfänglichen Worten, wie hier, ein obscenes Wort zum Vorschein kam. Der Grund liegt aber vielmehr in der Neigung, bei Präpositionen die Anastrophe anzuwenden.

15. *a quibusdam* den abstracten Analogisten, die auch das, was durch einen Jahrhunderte langen Sprachgebrauch sanctioniert war, einer vermeintlich rationellen Regelmässigkeit aufgeopfert wissen wollten; s. ind. Grammatik; *sero* mit leicht erkennbarem Spott; nachdem bisher Niemand an diesen Formen Anstoss genommen, treten auf einmal ganz spät diese hochweisen Analogisten mit ihrer neuen Entdeckung auf.

17. *id,* dass näml. der regelmässige gen. pl. deorum laute; *credo* ironisch 169. *illi* die ‚deûm' sagten; *an* oder gestattete nicht vielmehr zuweilen der Sprachgebrauch die Abweichung von der strengen Regel (die scheinbare Anomalie); *consuetudo* nachdrücklich ans Ende gestellt.

dabat hanc licentiam consuetudo? Itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat:

patris mei, meum factum pudet

pro ,meorum factorum': et

texitur: exitium examen rapit

pro ,exitiorum', non dicit ,liberum', ut plerique loquimur, cum ,cupidos liberum' aut ,in liberum loco' dicimus, sed ut isti volunt:

néque tuum umquam in grémium extollas líberorum ex té
genus!

Et idem: ,namque Aésculapi liberorum.'

At ille alter in Chryse non solum:

civés, antiqui amíci maiorúm meum

quod erat usitatum, sed durius etiam:

consílium socii, augúrium atque extum intérpretes

idemque pergit:

postquám prodigium horríferum, portentúm pavor

quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec enim dixerim tam libenter ,armum judicium' — etsi est apud eundem:

nilne ad te dé iudicio armum áccidit? —

156 quam ,centuriam', ut censoriae tabulae loquuntur, ,fabrûm' et ,procum' audeo dicere, non ,fabrorum et procorum'; planeque ,duorum virorum iudicium aut trium virorum capitalium aut decem virorum stlitibus iudicandis' dico numquam. Atqui dixit Accius:

videó sepulcra dúo duorum córporum

idemque ,múlier una duúm virorum'.

47, 157 Quid verum sit intellego; sed alias ita loquor, ut concessum est, ut hoc vel ,pro deum', dico vel ,pro deorum', alias ut necesse est, cum ,trium virum', non ,virorum', cum ,sestertium nummum', non ,nummorum', quod in his consuetudo varia non est. Quid quod sic loqui ,nosse, iudicasse' vetant, ,novisse' iubent et ,iudicavisse'? quasi vero nesciamus in hoc genere et plenum verbum recte dici et imminutum usitate. Itaque utrumque Terentius,

eho tú, cognatum tuúm non noras?

post idem:

Stílponem, inquam, nóveras?

1. *poeta* Ennius s. ind. s. v.
7. *isti* die strengen Analogisten.
10. *namque*, der Vers vollständig bei Cic. Tusc. II, 38 namque Aesculapi liberorum saucii opplent porticus.
11. *ille alter* Pacuvius.
17. *non in omnibus n.* nicht alle neutra vertragen diesen Genetiv, sondern da muss man sich eben nach dem herkömmlichen Sprachgebrauch richten.
20. *censoriae tabulae* s. ind. s. v.
21. *audeo* sage ich getrost, weil der Ausdruck gewissermassen geschichtlich sanctioniert ist, ähnlich wie duum virum u. a.; *planeque* schlechthin, absolut div. in Caecil. 17, 55 plane nihil sapit.
23. *numquam,* weil das ein Verstoss gegen das Herkommen wäre.
26. *verum* grammatisch richtig, regelrecht. *hoc* das folgende.
29. *varia non est* ,nicht schwankt'.
30. *vetant* nach derselben pedantischen Regelrichtigkeit (155 quidam).
33. *cognatum* bei Terenz steht sobrinum.

,Siet' plenum est, ,sit' imminutum: licet utare utroque; ergo ibidem:

quam cára sint, quae póst carenda intéllegunt,
quamque áttinendi mágni dominatús sient.

Nec vero reprehenderim: ,scripsere alii rem'; ,scripserunt' esse verius sentio, sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

,Isdem campus habet', inquit Ennius et
,in templis isdem'; at ,eisdem' erat verius, nec tamen probavit, ut opimius; male sonabat ,iisdem'; impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret. Et ,posmeridianus' ,quadrigas' quam ,postmeridianus' ,quadriiugas' libentius dixerim et ,mehercule' quam ,mehercules'. ,Non scire' quidem barbarum iam videtur, ,nescire' dulcius. Ipsum ,meridiem' cur non ,medidiem'? credo, quod erat insuavius. Insuavissima praepositio est ,af' eaque 158

2. *ibidem* ,an ein und derselben Stelle'. Der Dichter der beiden Verse ist unbekannt; sein Name ist vielleicht vor ibidem ausgefallen.

4. *attinendi* festhalten, nicht aus den Händen lassen.

5. *scripsere* aus Ennius Annalen 51, 171 s. ind. Ennius.

8. *isdem:* Ennius braucht dieselbe Form isdem für den nom. sing. m. g. nicht nur (wo sie berechtigt ist), sondern auch für den abl. (dat.) plur.; die richtige Form eisdem war ihm zu breit, die andere (neben eisdem berechtigte) Form iisdem wegen des doppelten i nicht wolklingend genug; er führte also aus euphonischen Gründen gegen die Regel isdem auch für den abl. (dat.) pl. ein.

10. *opimius* 25. Quint. IX, 4, 36 longae per se et velut opimae syllabae; *male sonabat ,iisdem'*, verwarf er der Kakophonie wegen.

11. *peccare,* von der grammatischen Regel abzuweichen und dieselbe Form isdem (die Nominativform) zugleich auch für einen andern Casus zu brauchen; *et.* Ebenso sage ich aus euphonischen Gründen lieber ,posmeridianus' als ,postmeridianus' (der nom. sg. g. m. gerade wie § 159 ,indoctus' dicimus), ,quadrigas' als quadriiugas, obwol beidemale dadurch der eine Bestandteil etwas verdunkelt wird, in dem einen Wort der erste Bestandteil post, in dem andern der zweite iugae. Desgleichen mehercule lieber als mehercules (trotz der Analogie von me dius fidius), wenn auch dadurch die Erinnerung an die ursprüngliche Ellipse (ita me Hercules iuvet) mehr zurücktritt.

13. *quidem* gilt doch sicher bereits als unlateinisch; — und doch müssten die Analogisten consequent auch non scire sagen; — der Wollaut hat auch hier für nescire entschieden.

*videtur* wie putatur; *dulcius* 158.

14. *ipsum* ist hinzugefügt mit Bezug auf das vorausgehende posmeridianus. Selbst dieses meridies, von dem posmeridianus herkommt, sollte eigentlich medidies lauten; *cur non* sc. dicimus. Priscian. IV, 34 p. 635 (137 H.) timeo bildet timidus, valeo validus: excipitur alternitatis causa, quam Graeci ἐπαλλότητα vocant, unum ,pando pandus', ne, si ,pandidus' dicamus *male sonet alterna d in utraque continua syllaba,* quod in multis solent tam Graeci quam nos evitare. — Eiusdem vitii causa non dicimus ab eo quod est ,mane' ,manunine', sed matutine; — praeterea pro ,medidies' ,meridies' a medio die.

15. *insuavissima* wegen des f 163. *af* Velius Longus p. 2224 nunc ad praepositiones transeamus atque incipiamus ab illa, quam Cicero in oratore adnotavit. Varia enim consuetudo in aequo est: A et AB et ABS et AV, ut cum dicimus ,a

nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium, in reliquo sermone mutata est; nam amovit dicimus et abegit et abstulit, ut iam nescias ‚a‘ne verum sit an ‚ab‘ an ‚abs‘. Quid, si etiam ‚abfugit‘ turpe visum est et ‚abfer‘ noluerunt, ‚aufugit et aufer‘ maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur. ‚Noti‘ erant et ‚navi‘ et ‚nari‘, quibus cum ‚in‘ praeponi oporteret, dulcius visum est ‚ignoti, ignavi, ignari‘ dicere, quam ut veritas postulabat. ‚Ex usu‘ dicunt et ‚e re publica‘, quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi litteram sustulisses, ut ‚exegit, edixit‘; — ‚refecit, rettulit, reddidit‘: ita adiuncti verbi prima littera praepositionem com-
48, 159 mutavit, ut ‚subegit, summutavit, sustulit‘. Quid in verbis iunctis? quam scite ‚insipientem‘ non ‚insapientem‘, ‚iniquum‘ non ‚inaequum‘, ‚tricipitem‘ non ‚tricapitem‘, ‚concisum‘ non ‚concaesum‘! ex quo quidam pertisum etiam volunt, quod eadem con-

me‘, deinde ‚ab illo‘, deinde ‚abstulit‘, deinde ‚aufert‘ et ‚aufugit‘. Adiicit his praepositionibus et illam quae scribitur per F litteram, quam ab antiquis usitatam ait maxime in rationibus et in accepti tabulis: nam quotiens acceptam pecuniam referebant, non dicebant ‚a Longo‘ sed ‚af Longo‘, et dicit religionem hanc scribendi apud paucissimos remansisse saeculo suo. Prisc. I, 46 p. 560 (35 H) habebat autem haec f littera hunc sonum, quem nunc habet v loco consonantis posita, unde antiqui ‚af‘ pro ‚ab‘ scribere solebant, wie sich dies noch in alten Inschriften findet: af vobeis, af muro, af solo.

1. *in accepti tabulis* in den Geschäfts- und Contobüchern, in denen man (ähnlich wie bei uns im Kanzleistil) die herkömmlichen Formen stereotypisch beibehielt (manet).

*ne — quidem* 151; *omnium* sc. civium. Jeder wolhabende römische Bürger führte ein solches Hausbuch, worin die Activa und Passiva eingeschrieben waren (tabulae oder codices accepti et expensi); diese tabulae mussten sehr gewissenhaft geführt werden und hatten fidem publicam de or. II, 97.

4. *turpe* hässlich, mistönend.

5. *quae praepositio* nämlich AV.

6. *noti* etc. Die ursprünglichen Formen gnotus, gnavus, gnarus, waren also damals nicht nur gänzlich ausser Brauch, sondern bereits auch völlig aus dem Bewustsein entschwunden.

7. *dulcius* 157.

8. *veritas* die strenge Regelrichtigkeit (innotus).

9. *vocalis,* so dass also, wenn man e (und nicht ex) gebraucht hätte, ein unerträglicher Hiatus entstanden wäre (e usu); *asperitas* 150 durch den Zusammenstoss von x und r (wenn man ex gebraucht).

10. *ut* gerade so wie man auch sagt; *refecit* sc. dicunt, vor refecit ist vielleicht item ausgefallen; in refecit wie in subegit ist die Präposition (re, sub) unverändert, in rettulit und reddidit, wie in summutavit und sustulit (wo Assimilation stattgefunden hat) ist sie durch den Anlaut des mit ihr zusammengesetzten Verbs geändert (ret-, red-, sum-, sus-). Die Fälle sind aber verschieden, weil von der einen Präposition die ursprüngliche Form nicht *re*, sondern *red* gewesen ist.

12. *in verbis iunctis* bei Zusammensetzungen, bei denen nur Lautveränderungen des Hauptworts (nicht des Präfixums) vorkommen.

13. *scite* artig, gefällig.

15. *ex quo* nach dieser Analogie von concisum; *quidam* 155 wieder aus thörichter Consequenzmacherei (die pedantischen Analogisten). Fest. p. 273 rederguisse per E litteram Scipio Africanus Pauli f. dicitur enuntiasse, ut idem etiam ‚perti-

suetudo non probavit. Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? ‚Indoctus‘ dicimus brevi prima littera, ‚insanus‘ producta, ‚inhumanus‘ brevi, ‚infelix‘ longa. Et, ne multis, quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in ‚sapiente‘ atque ‚felice‘, producte dicitur ‚in‘, in ceteris omnibus breviter. Itemque ‚conposuit, consuevit, concrepuit, confecit‘: consule veritatem, reprehendet; refer ad aures, probabunt. Quaere, cur? ita se dicent iuvari. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, 160
ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut ‚pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem‘ dicerem; aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. ‚Orcivios tamen et Matones, Otones, Caepiones, sepulcra, coronas, lacrimas‘ dicimus, quia per aurium iudicium licet. ‚Burrum‘ semper Ennius, numquam ‚Pyrrhum‘; ‘vi patefecerunt Bruges,’ non ‚Phryges‘, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Graecam litteram adhibebant, nunc autem etiam duas, et cum Phrygum et Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut etiam in barbaris casibus Graecam litte-

sum‘; cuius meminit Lucilius, cum ait: quo facetior videare et scire plus quam ceteri, ‚pertisum‘ hominem, non pertaesum dicere.

1. *hoc* als das folgende.

2. *natura* φύσει, nicht nach phonetischen Gesetzen, sondern nach gewissen, positiven ästhetischen Rücksichten, θέσει.

4. *ne multis* sc. verbis utar ‚kurz‘; *eae primae*. Die Regel wäre also: vor s und f wird in lang gesprochen, sonst kurz; ebenso ist es mit con: also cónposuit, cônsuevit, cóncrepuit, cônfecit.

6. *consule — reprehendet,* über das Asyndeton s. § 167. 214. 232. Brut. 68.

7. *veritatem* wie oben: die Grammatik oder die Regeln der Grammatik. Quint. I, 32; *refer* ‚appelliere‘.

8. *iuvari* ‚es thue ihnen so wol‘.

11. *aliquando* endlich, nach langem Zwischenraum de opt. gen. or. 23.

12. *convicio* durch den entschiedenen, lauten Widerspruch: aures persönlich gedacht wie 159 probabunt; *extorta* es wurde mir schwer, von der grammatischen Richtigkeit abzugehn.

13. *populo* sprach so, wie es das Publikum zu hören gewohnt war.

16. *ipsius* Originale, die von ihm selbst herrühren, also nicht durch spätere Abschreiber verändert sind.

17. *adhibebant* entlehnten sc. antiqui.

18. *duas* nämlich υ und φ als Laute Quint. XII, 10, 27 (latina facundia) est ipsis sonis durior, quando et iucundissimas ex Graecis litteras non habemus, vocalem alteram, alteram consonantem, quibus nullae apud eos dulcius spirant; quas mutuari solemus, quotiens illorum nominibus utimur; (quod cum contingit, nescio quomodo hilarior protinus renidet oratio, ut in Zephyris et Zophoris: quae si nostris litteris scribantur, surdum quiddam et barbarum efficient) et velut in locum earum succedunt tristes et horridae, quibus Graecia caret, nämlich f. u. u.; *Phrygum et Phrygibus* mit lateinischer Flexion, weil sich hier im Gen. und Dativ die griechischen Casusformen (Φρυγῶν und Φρυξί) doch nicht brauchen liessen.

19. *absurdum erat,* so war es ungereimt (ungehörig), entweder auch in den casus obliqui griechische Laute mit ungriechischer Flexion zu verbinden oder nur im Nominativ allein griechischer Form (Φρύξ, Φρύγες) sich zu bedienen; *barbaris*

ram adhibere aut recto casu solum Graece loqui, tamen et ,Phry-
161 ges et Pyrrhum' aurium causa dicimus. Quin etiam, quod iam
subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum
eaedem erant postremae duae litterae, quae sunt in ,optumus',
postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non
erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poetae novi. Ita
enim loquebantur: 'qui est omnibu' princeps' non ,omnibus prin-
ceps', et: 'vita illa dignu' locoque', non ,dignus'. Quodsi indocta
consuetudo tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte et
162 doctrina postulari putamus? Haec dixi brevius, quam si hac de
re una disputarem — est enim hic locus late patens de natura
usuque verborum —, longius autem quam instituta ratio postu-
labat.

49 Sed quia rerum verborumque iudicium prudentiae est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intellegentiam referuntur, haec ad voluptatem, in illis ratio invenit,

vom Standpunkt des griechischen: mit ungriechischer (rein lateinischer) Flexion. Plaut. Trinum. prol. 19 Philemo scripsit, Plautus vortit barbare.

4. *erant* § 5.

5. *detrahebant* die Ekthlipsis de or. I, 198.

6. *poetae novi* s. ind. Grammatik.

8. *indocta* ohne künstlerisches, ästhetisches Bewustsein.

9. *tam* in dem Grade, ad Att. XII, 19, 2 ita ut in ea re te, cum tam occupatus sis, non multum operae velim ponere.

10. *quam* sc. dixissem.

12. *instituta ratio,* der vorgezeichnete Plan meiner Schrift, der so specielle Erörterungen wenigstens in dem Umfang eigentlich nicht erheischte.

*b*) von der Stellung und dem Gebrauch der Wörter nach den Gesetzen des oratorischen (natürlichen) Wolklangs 49, 163—50, 167.

14. *Sed* wegen der eben vorausgehenden Zwischenbemerkung, durch welche die Lehrdarstellung auf einen Augenblick unterbrochen war: ,doch um weiter fortzufahren' 134; *quia* etc. Damit weist Cic. jetzt, wo es sich um die Stellung der Worte nach den Gesetzen des oratorischen Wolklangs u. Rhythmus handelt, zuvor auf den Unterschied dieser collocatio, als eines der elocutio untergeordneten Teiles, von der collocatio rerum (oder sententiarum) verborumque als des zweiten, der elocutio wie der inventio memoria und actio coordinierten Hauptteils der Rhetorik hin: die collocatio rerum, die Anordnung des Redestoffs, ist an sich eine logische, die collocatio verborum nach den Gesetzen des oratorischen Wolklangs ist an sich eine rein ästhetische Thätigkeit; dort entscheidet der Verstand, hier das Gehör und ästhetische Gefühl; *rerum* wovon Cic. de or. II, 307 ff. handelt, *verborumque* des vom Gedankeninhalt nicht zu trennenden Gedankenausdrucks: die collocatio rerum, ,quae oratorum iudicio et prudentia comparatur'; *prudentiae* de or. II, 308 *quemadmodum* (ea quae probandi et docendi causa dicenda sunt) *componamus, id est vel maxime proprium oratoris prudentiae. — vocum et numerorum,* wovon de or. III, 171 ff. die Rede ist. Vgl. auch III, 195.

15. *aures* de or. III, 177 (orationis genus) ad omnem aurium voluptatem mutatur et vertitur.

16. *referuntur* bei der collocatio rerum zielt alles auf das richtige Verständnis ab, darnach wird alles bemessen, § 9 bei der andern collocatio, dem numerus orationis, ist

in his sensus artem. Aut enim neglegenda fuit nobis voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandae reperienda.

Duae sunt igitur res, quae permulceant aures, sonus et nu- 163
merus. De numero mox, nunc de sono quaerimus. Verba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio.

Qua ponto ab Helles —
superat modum, at
† Tmolus auri fons liquorum

splendidis nominibus illuminatus est versus, sed proximus inquinatus insuavissima littera:

finís frugifera et éfferta arva Asiáe tenet.

Quare bonitate potius nostrorum verborum utamur quam splen- 164
dore Graecorum, nisi forte sic loqui paenitet:

alles auf Erreichung des (sinnlichen) Wolgefallens gerichtet.

1. *sensus* de or. III, 195 omnes tacito quodam *sensu* quae sint recta aut prava diiudicant; *artem* mit Nachdruck ans Ende gestellt: es kam naturgemäss auch auf diesem Gebiet zu einer τέχνη, zu einer bewussten Aufstellung stilistischer Gesetze; die Notwendigkeit dieser Thatsache wird dann mit enim nachgewiesen; *voluptas*, entweder musste man den einen Factor, die Erregung des sinnlichen Wolgefallens, ganz unbeachtet lassen (u. nur den andern die intellegentia im Auge behalten) — damit hätte man sich aber eines vorzüglichen Mittels begeben, den Beifall der Zuhörer zu gewinnen — oder man musste über die oratorischen Mittel nachdenken, durch die sich eben dieses ästhetische Wolgefallen gewinnen lässt 159 *voluptati aurium* morigerari debet oratio. Quint. IX, 4, 116. s. den krit. Anh.

2. *conciliandae* prägnant: wie das ästhetische Wolgefallen (die voluptas) so erregt werde, dass es dem Redner zu gute komme.

4. *igitur* im Uebergang zur tractatio nach und auf Grund der Vorbemerkung.

5. *mox* § 174 ff.

6. *supra* 149 ff. eaque sint quam suavissimis vocibus.

7. *ut poetae* sc. faciunt oder legunt 151. de or. III, 184 neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa *poetarum*. — *sumpta de medio* (de or. III, 177 ea nos cum iacentia sustulimus e medio) dem Charakter der eloquentia, die zum Volke redet (de or. I, 12) gemäss.

9. *superat modum* wegen der äusserst gesuchten Stellung der ganz ungewöhnlich getrennten Bestandteile Ponto ab Helles statt Hellesponto.

11. *splendidis nominibus* im technischen (grammatischen) Sinn ὀνόματα; über die Worte selbst (Tmolus etc.) s. d. krit. Anh.; *inquinatus* durch den kakophonischen Laut, das wiederholte f verunstaltet Brut. 140. de opt. gen. or. 7.

12. *insuavissima littera* 158. Quint. XII, 10, 29 nam illa (littera) quae est sexta nostrarum, paene non humana voce, vel omnino non voce potius inter discrimina dentium efflanda est, quae etiam cum vocalem proxima accipit, quassa quodammodo, utique quoties aliquam consonantem frangit, ut in hoc ipso ‚frangit‘, multo fit horridior.

13. zu *finis* ergänzt Lachmann im vorausgegangenen Verse: *et qua Lydiae*.

14. *nostrorum*, d. h. Latinorum, wie sie den eigentümlichen Bildungsgesetzen der lateinischen Sprache entsprechen.

15. *nisi* etc. ironisch: wie es die Art mehrerer moderner Dichter ist (§ 161), die den alten echt lateini-

qua tépestate Helenám Paris

et quae sequuntur. Immo vero ista sequamur asperitatemque fugiamus: 'habeo ístam ego perterrícrepam' itemque: 'vérsutiloquas málitias.'

Neç solum componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa et quasi sua sponte aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest; quae sive casus habent in exitu similes, sive paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiamsi nihil est factum
165 de industria. In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus; quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: ‚est enim, iudices, haec non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.' Haec enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea, ad quae debent referri, intellegamus non quaesitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis,
166 ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio, sed etiam versus efficitur:

schen Ausdruck verachten, und statt dieses sich harte, unlateinische Lautverbindungen erlauben.

2. *ista* die guten altlateinischen Ausdrücke de or. III, 153 neque illud fugerim dicere, ut Caelius: qua tempestate Poenus in Italiam venit; *asperitatemque* ‚dabei jedoch' solche Wortverbindungen meiden, die unerträglich hart sind.

3. *perterricrepam* Lucret. VI, 129 perterricrepo sonitu, s. ind. Pacuvius.

5. *componentur* bezieht sich auf den Wolklang, der durch die unmittelbare Nebeneinanderstellung bzw. Zusammensetzung wollautender Worte bewirkt wird 149 ut inter se quam aptissime cohaereant — eaque sint suavissimis vocibus; *ratione* mit Verstand d. h. den Gesetzen des Wollauts entsprechend de or. III, 159 aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant; *finientur* bezieht sich auf den Wolklang, der durch den symmetrischen Abschluss der Sätze (natürliche Fügung der Worte zu Perioden) erreicht wird 149 ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. 170 qui apta et finita pronuntiant.

6. *diximus* § 149.

7. *aut* etc. Diese natürliche Periodenbildung (noch abgesehen vom eigentlich - kunstmässigen Rhythmus) kommt zu Stande entweder durch die blosse (ipsa 167) antithetische Gegeneinanderstellung der Glieder oder durch Anwendung natürlich - symmetrischer Wörter 181 vel compositione quadam vel genere verborum 219; *ipsa* und *sua sponte* 115; also sine industria (166 f.).

8. *in quibus ipsis:* die also an sich entweder ὁμοιόπτωτα oder πάρισα oder ἀντίθετα sind 38.

11. *huius* dieser natürlichen Symmetrie durch Antithesen und dergl.

12. *Miloniana* c. 4, 10.

16. *referuntur* weil die hier gebrauchten Gegensätze in notwendiger Beziehung zu einander stehen.

18. *secutum* von selbst eingefunden 219. de or. III, 194; *in referendis contrariis* von Ausdrücken, die ihrer Bedeutung nach directe Gegensätze bilden, gegeneinander über gestellt und auf einander bezogen werden sollen de or. II, 263 ornant inprimis orationem *verba relata contrarie,* quod idem genus saepe est etiam facetum.

eám, quam nihil accúsas, damnas
(‚condemnas‘ diceret, qui versum effugere vellet),
béne quam meritam esse aútumas,
dícis male meréri.

Id quód scis, prodest nil, id quod nescís, obest —
versum efficit ipsa relatio contrariorum; — id esset in oratione
numerosum: ‚quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum obest‘.
Semper haec, quae Graeci ἀντίθετα nominant, cum contrariis op- 50
ponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt,
et eum sine industria. Hoc genere antiqui iam ante Isocratem 167
delectabantur et maxime Gorgias, cuius in oratione plerumque
efficit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in hoc genere fre-
quentes, ut illa sunt in quarto accusationis: ‚conferte hanc pacem
cum illo bello, huius praetoris adventum cum illius imperatoris
victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu invicto, huius
libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas, ab hoc,
qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.‘

Ergo et hi numeri sint cogniti, et genus illud tertium expli- 168
cetur quale sit, numerosae et aptae orationis. Quod qui non sen-
tiunt, quas aures habeant aut quid in eis hominis simile sit nescio.
Meae quidem et perfecto completoque verborum ambitu gaudent
et curta sentiunt nec amant redundantia. Quid dico meas? con-
tiones saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent. Id enim

6. *ipsa* (wie oben § 164) die blosse Gegeneinanderüberstellung der Gegensätze. *in oratione* in der Prosa 70. de or. III, 153. 174. 192.

9. *necessitate* 220 formae quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas est, ut sequatur numerus *necessario*. — *ipsa* an und für sich, von selbst, ohne Zuthun.

12. *ipsa concinnitas* 164.

13. *in quarto*. Verr. IV, 115, wo der Eroberer von Syrakus M. Marcellus und Verres, der Plünderer von Syrakus, einander entgegengestellt werden; *conferte* 159. Verr. V, 23; so immer asyndetisch da, wo der Imperativ die Stelle der Protasis eines Conditionalsatzes vertritt.

17. *constitutas* prägnant: in guter, wolgeordneter Verfassung Verr. V, 8.

c) von der Stellung der Worte nach den Gesetzen des kunstmässigen oratorischen Rhythmus (oratio numerosa). *Prooemium* (zu diesem Hauptteil der elocutio) § 168—173.

18. *hi* die eben erwähnten: die auf der Concinnität der Worte an sich beruhen. *sint* 14. 190 (sit igitur hoc cognitum); 196; *illud tertium* 149.

19. *aptae* periodisch geschlossen 149. 177.

20. *hominis simile* wie hernach 172 aures inhumanas habent de or. III, 195 quod ea sunt in communibus infixa sensibus nec earum rerum quemquam funditus natura esse voluit expertem; 197 nihil est tam cognatum mentibus nostris quam numeri et voces.

21. *ambitu* 38.

22. *curta* 173, wenn die Periode zu früh abbricht, ihr Ziel nicht erreicht (Gegensatz von perfecta) 178 mutila et quasi decurtata. Quint. IX, 4, 116; *redundantia* 173, wenn die Periode gleichsam überschiesst, das Ufer überflutet (Gegensatz von moderata) 178 productiora et quasi immoderatius excurrentia.

23. *exclamare* hier im guten Sinn: bravo rufen (vgl. 214 tantus clamor contionis excitatus est), an-

exspectant aures, ut verbis colligentur sententiae. ‚Non erat hoc apud antiquos'. Et quidem nihil aliud fere non erat; nam et verba eligebant et sententias graves et suaves reperiebant, sed eas aut
169 vinciebant aut explebant parum. ‚Hoc me ipsum delectat', inquiunt. Quid? si antiquissima illa pictura paucorum colorum magis quam haec iam perfecta delectet, illa nobis sit, credo, repetenda, haec scilicet repudianda! Nominibus veterum gloriantur. Habet autem ut in aetatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas, quae quidem apud me ipsum valet plurimum. Nec ego id quod deest antiquitati flagito potius, quam laudo quod est, praesertim cum ea maiora iudicem quae sunt, quam illa quae desunt. Plus est enim in verbis et in sententiis boni, quibus illi excellunt, quam in conclusione sententiarum, quam non habent.
51 Post inventa conclusio est, qua credo usuros veteres illos fuisse, si iam nota atque usurpata res esset; qua inventa omnes usos
170 magnos oratores videmus. Sed habet nomen invidiam, cum in oratione iudiciali et forensi numerus inesse dicitur. Nimis enim insidia-

ders 173; *vidi* ich hab' es erlebt (εἶδον), selbst erfahren de or. III, 3 ut saepe inter homines sapientissimos constare vidi; *cecidissent*, wenn die Periode im rechten Tonfall schloss 175 quae cadunt numerose; 177 cecidisse iucunde; 215. 219. 223 f. melius caderet Brut. 34.

1. *exspectant* ‚verlangen' 177; *colligentur* zu dem Ganzen einer abgerundeten Periode, wie die Blumen zu einem Kranz; *non erat* etc. ein Einwurf der Gegner: du führst eine unberechtigte Neuerung ein.

2. *et quidem* die Thatsache wird zugestanden, aber das Gewicht des Einwurfs damit zugleich beseitigt: ja freilich, aber das war auch so ziemlich das einzige, was sie in dieser Beziehung, d. h. in stilistischer Hinsicht n i c h t hatten. Seyffert schol. lat. § 66, 6; *nam* mit Beziehung auf die vorausgehenden Worte ut *verbis* colligentur *sententiae;* die *verba* lecta, die zum ornate dicere gehören, hatten sie, ebenso die *sententiae* oratoriae (graves et suaves 62. 150. 182), aber des *colligare* waren sie noch nicht vollständig mächtig 171. de or. III, 198 illi veteres — cum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent; nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus.

4. *vinciebant aut explebant* 40; *hoc ipsum* eben dieser antike Stil, diese Unvollkommenheit in der Periodenbildung.

5. *illa* die damals übliche, *haec* die heutige (moderne); *paucorum* etc. s. ind. pictura. *sit* ἂν εἴη de or. I, 250 si iam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit, cum hoc Scaevola communicare.

6. *credo* 155, ebenso *scilicet* ironisch. Seyffert schol. lat. § 66, 5.

7. *nominibus* Autoritäten wie Naevius, Ennius, Cato u. ä.

13. *conclusione* der stilistischen Periodisierung 20.

14. *conclusio* — ambitus, περίοδος Brut. 33 quaedam ad numerum conclusio nulla erat.

15. *esset* wo wir das plusquamperf. erwarten, wie de or. II, 267 Scipio — dixisse dicitur: si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Caes. b. g. I, 34, 2 ei legationi Ariovistus respondit, si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse. Schultz § 344, A. 2. Meiring 647.

16. *invidiam* glaubte doch der Redner Antonius, ‚probabiliorem hoc (oder huic) populo orationem fore suam, si omnino didicisse numquam putaretur' de or. II, 4.

17. *insidiarum* 36 hinterhaltige Berechnung, weshalb auch de or. III, 193 ein angemessener Wechsel

rum ad capiendas aures adhiberi videtur, si etiam in dicendo numeri ab oratore quaeruntur. Hoc freti isti et ipsi infracta et amputata loquuntur et eos vituperant, qui apta et finita pronuntiant; si inanibus verbis levibusque sententiis, iure; sin probae res, lecta verba, quid est cur claudere aut insistere orationem malint quam cum sententia pariter excurrere? Hic enim invidiosus numerus nihil adfert aliud, nisi ut sit apte verbis comprehensa sententia; quod fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, saepe natura; et quae valde laudantur apud illos, ea fere, quia sunt conclusa, laudantur. 171 Et apud Graecos quidem iam anni prope quadringenti sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus. Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere:

versibu', quos olim Fauni vatesque canebant;

mihi de antiquis eodem modo non licebit? praesertim cum dicturus

im Gebrauch der Rhythmen empfohlen wird, ne nos id quod faciemus *opera dedita* facere videamur.

2. *infracta,* insofern die Periode ohne die richtige conclusio gleichsam eingeknickt und dadurch verkürzt oder abgebrochen wird de or. III, 186 membra illa modificata esse debebunt, quae si in extremo breviora sunt, *infringitur* ille quasi verborum ambitus.

3. *apta* 149 Gegensatz zu infracta, *finita* 164 Gegensatz zu amputata.

4. *probae res* ist der Inhalt gediegen.

5. *lecta* 227. Brut. 250 et lectis utitur verbis et frequentibus sententiis; de or. III, 150 ut abiecta atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur; *claudere* in der Bedeutung von claudicare (mit Beziehung auf amputata) wie Brut. 214 in quacumque enim una (parte) plane clauderet, orator esse non posset. Tusc. V, 22 beatam vitam etiamsi ex aliqua parte clauderet, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum; *insistere* (mit Beziehung auf infracta) das Ende nicht erreichen, sondern vorher Halt machen und stille stehn 187. 207. 212. 221 f. de or. III, 190 efficiendum est illud modo nobis, ne fluat oratio, ne vagetur, *ne insistat interius, ne excurrat longius.*

6. *invidiosus* in den Augen der Gegner, misliebig, daher verdächtigt, vielfach angefochten.

7. *apte* etc. dass der Gedanke einen wolgerundeten harmonisch abschliessenden Ausdruck erhalte 149.

9. *fere* in der Regel, so ziemlich deshalb. *conclusa* 20, also gerade um des Rhythmus willen.

11. *cum* ‚seit' ad Fam. XV, 14, 1 multi anni sunt, cum ille in aere meo est. Plaut. aulul. prol. 3 hanc domum iam multos annos est cum possideo; *nuper* erst vor kurzem de or. III, 198; *ergo* in der argumentatio ex contrario Seyffert schol. lat. § 56b. ‚dasselbe Urteil, das Ennius über die kunstlose Form der vorausgehenden Sprachperiode (den saturnischen Vers des Naevius) im Vergleich mit der von ihm eingeführten Kunstform des Hexameters fällt, darf ich doch wol auch über den prosaischen unrhythmischen Ausdruck der vergangenen Zeit, gegenüber der gegenwärtigen vollendeteren rhythmischen Gestalt aussprechen, zumal da bei mir in diesem Falle aller Selbstruhm wegfällt.'

12. *vetera* Brut. 71 Quid, nostri veteres versus ubi sunt? ‚quos olim Fauni vatesque canebant etc.'

13. *versibu'* mit der Ekthlipsis 161; *vates* die alte Bezeichnung für Dichter, von dem spätern (griechischen) poeta verdrängt.

14. *de antiquis*, die in der oratorischen Prosa etwa dem Standpunkte des Naevius in der Poesie entsprechen; *eodem modo* sc. dicere; *dicturus non sim* mich nicht

non sim: ‚ante hunc‘, ut ille, nec quae sequuntur: ‚nos ausi reserare‘; legi enim audivique nonnullos, quorum propemodum absolute concluderetur oratio. Quod qui non possunt, non est eis satis non contemni, laudari etiam volunt. Ego autem illos ipsos laudo idque merito, quorum se isti imitatores esse dicunt, etsi in eis aliquid desidero, hos vero minime, qui nihil illorum nisi vitium
172 sequuntur, cum a bonis absint longissime. Quodsi aures tam inhumanas tamque agrestes habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas. Omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et Naucratem, quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi, summi ipsi oratores, esse debebant. Sed

unterfange zu sagen, wie Ennius.

1. *ante hunc* d. h. ante me (wie ὅδε ἀνήρ bei den griechischen Tragikern von der redenden Person); *reserare* die Riegel sprengen, eine neue Bahn brechen, d. h. an die Stelle des kunstlosen versus Saturnius den kunstmässigen Hexameter setzen.

2. *legi* etc. die also bereits vor Cicero den oratorischen Rhythmus angewendet haben, wenn auch im Ganzen nur wenige, wie Crassus, Antonius, Catulus; *absolute* etc. 227, deren Prosa schon fast in vollkommnen abgerundeten Perioden sich bewegte.

4. *illos ipsos* eben die älteren römischen Prosaiker, bei denen sich schon bedeutende Ansätze zu echt oratorischer (rhythmischer) Diction finden, wenn sie auch noch nicht vollendet sind.

5. *isti* die Gegner der rhythmischen Diction, die Archaisten.

6. *hos* die neueren (modernen) römischen Prosaiker dieser archaistischen Richtung; *vitium* ‚was gerade zu verwerfen ist‘ de or. II, 90.

7. *a bonis* den wirklichen Schönheiten oder Vorzügen; *quodsi,* wie sich aus dieser eben angedeuteten Geschmacksrichtung ergibt; sie halten für schön, was unschön ist; *inhumanas* 168, insofern sie überhaupt kein Gefühl haben für das Schöne, *agrestes,* insofern sie kein Ohr haben für die Feinheit und Eleganz des Ausdruckes.

8. *ne — quidem* ‚auch nicht‘; *doctissimorum* der urteilsfähigsten Sachkenner, die sich wissenschaftlich mit diesen Dingen beschäftigt, also hierin eine entscheidende Stimme haben.

10. *quamquam* etc. der Gedankengang ist der: ich will einmal ganz absehen von Isokrates und seinen Schülern, — obgleich von Rechtswegen diese Männer, wo es sich um stilistische Fragen handelt, als unbedingte Autorität gelten müssten, zumal sie nicht blosse Theoretiker, sondern zugleich die vollkommensten Redner (Praktiker) sind —; aber ich habe eine Autorität aufzuweisen, gegen die sich absolut nichts einwenden lässt, Aristoteles; *orationis faciendae et ornandae* um des besondern Nachdrucks willen, der hier auf diesen Worten ruht, vorangestellt: gerade wo es sich um die Gesetze der stilistisch - ästhetischen Wortbildung handelt. de or. I, 63 ignarus faciundae ac poliendae orationis. III, 184 assentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque *facta* quodammodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere: die πεποιημένη λέξις mit oratorischem Bewustsein kunstmässig gebildet, im Gegensatz zu der mehr naturwüchsigen Rede. Brut. 30. ad Herenn. II, 30, 47.

11. *auctores locupletissimi* ‚die vollgültigsten Gewährsmänner‘ ist natürlich Prädikatsbestimmung; *summi ipsi oratores* was ihre Autorität noch steigern muss, also noch ein gewichtiges Moment, das Cic., ehe er den Satz abschliesst, noch besonders hervorhebt. *ipsi* so dass sie also nicht blos andere lehren, sondern selbst zei-

quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est adversatus infensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Eius auditor Theodectes, in primis, ut Aristoteles saepe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem et sentit et praecipit; Theophrastus vero eisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab his praecepta nesciunt. Quod si ita est — nec 173
vero aliter existimo —, quid, ipsi suis sensibus non moventur? nihilne eis inane videtur, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior. Nec vero multitudo pedes novit nec ullos numeros tenet nec illud quod offendit, aut cur aut in quo offendat, intellegit; et tamen omnium longitudinem et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

gen, wie man ornate redet. 191 Ephorus levis ipse orator et profectus ex optima disciplina; *debebant* sollten von Rechtswegen sein, Schultz § 336 A. 2, Meiring 634.

1. *inveniendis* in der Topik, *iudicandis* in der Dialektik.

2. *adversatus* 62, so dass also seine rhetorische Doctrin wahrhaftig nicht unter isokratischem Einfluss stand; nicht etwa aus persönlicher Vorliebe für Isokrates hat sich Aristoteles für die Notwendigkeit des oratorischen numerus erklärt.

3. *versum* etc. 67. 187. 194 f. Aristot. rhet. III, 4 *ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή* de or. III, 175.

5. *scriptor atque artifex* demnach, wie die beiden zuvor genannten, als feiner Stilist und als sachkundiger Techniker in dieser Frage competent.

7. *istos* die oben erwähnten Gegner der rhythmisch-oratorischen Diction.

8. *Quod si* etc. Für die Notwendigkeit und Berechtigung des Rhythmus in der Rede spricht nicht allein die Autorität der sachkundigsten Theoretiker, sondern das einem jeden angeborene Gefühl selbst; *ita* dass die Gegner des oratorischen Rhythmus die Lehren der griechischen Rhetorik (d. h. die Theorie desselben) gar nicht kennen.

9. *ipsi,* wenn sie sich durch fremde (äussere) Autorität aus Unbekanntschaft mit den sachkundigen Schriftstellern nicht bestimmen lassen.

10. *inane* im Gegensatz von completum (168. Brut. 34 aures ipsae quid plenum quid inane sit, iudicant), *inconditum* 150 im Gegensatz von perfectum, *curtum* 168 im Gegensatz von finitum.

11. *claudicans* 170. *redundans* 168. *exclamant* hier im Sinne von reclamant; de or. III, 98 multitudo ipsa reclamat; 196 Quotus quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? at in his si paullum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret aut productione longius, *theatra tota reclamant*. Quid, hoc non idem fit in *vocibus*, ut a multitudine et populo non modo catervae atque concentus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiiciantur.

12. *una* Parad. 3, 2 histrio si paullum se movit extra numerum aut si versus pronuntiatus est *syllaba una brevior aut longior*, exsibilatur et exploditur.

15. *sonis — vocum* de or. l. l. itaque non solum verbis arte positis moventur omnes, verum etiam *numeris* ac *vocibus*.

16. *natura* de or. III, 195 illud ne quis admiretur, quonam modo haec vulgus imperitorum in audiendo notet: cum in omni genere,

52, 174 Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius etiam
explicemus quam illi ipsi, qui et haec et illa nobis tradiderunt,
an his contenti esse, quae ab illis dicta sunt, possumus? Sed
quid quaero velisne, cum litteris tuis eruditissime scriptis te id
vel maxime velle perspexerim? Primum ergo origo, deinde causa,
post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae
atque numerosae.

Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis
laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit.
175 Cum enim videret oratores cum severitate audiri, poetas autem
cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in
oratione uteretur, cum iucunditatis causa tum ut varietas occur-
reret satietati. Quod ab eis vere quadam ex parte, non totum
dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate
confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius
omnia nimis etiam exstant scripta numerose. Nam, ut paullo ante
dixi, paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis
relata contraria, quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt
plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed eis est usus in-
temperantius. Id autem est genus, ut ante dictum est, ex tribus
partibus collocationis alterum. Horum uterque Isocratem aetate
176 praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. Est

tum in hoc ipso magna quaedam est vis incredibilisque naturae. Omnes enim tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione quae sint recta ac prava diiudicant.

Der oratorische Rhythmus: α) Ursprung und historische Anfänge § 174—176.

2. *illi* bes. Aristoteles und Theophrast; *haec* die specielle Lehre vom oratorischen Rhythmus, von der wir eben reden; *illa* das frühere, oben besprochene, die Lehre von den verschiedenen Stilgattungen u. s. w.

4. *litteris tuis* aus Gallien Einl. § 5. *eruditissime* wonach also dein Verlangen aus einem wissenschaftlichen Streben hervorgeht.

8. *Nam* im Uebergang von der partitio zum ersten Teil, wo ‚nam nichts anderes begründen kann, als warum Cic. in der Materie über den Rhythmus zuerst de origine desselben, die eben eine streitige war, sprechen zu müssen glaubte.' Seyffert schol. lat. § 4.

9. *verbis solutis* wie § 183 *oratio soluta*, dem prosaischen (vom festen Band des Versmasses freien) Ausdruck de or. III, 184; *primus* s. ind. Isocrates.

11. *tum* das war für ihn der entscheidende Augenblick; *secutus* darauf ausgegangen sein, nachgetrachtet haben 4. 191; *in oratione* in Prosa 70. 191.

15. *inveniendi* auf der Bahn der Erfindung.

16. *omnia* das unterscheidet ihn von Gorgias; *nimis* das unterscheidet ihn von Isocrates. — *Nam* zur Begründung der Behauptung, dass Thrasymachus der Erfinder der vollständigen oratio numerosa sei; denn Gorgias, der sonst in dieser Beziehung als der Anfänger genannt wird, war eigentlich nur Erfinder der concinnitas verborum; *ante* 165.

17. *paria* etc. παρισώσεις 38; *similiter definita* ὁμοιοτέλευτα 38.

18. *contraria* etc. ἀντιθέσεις 135. 220; *cadunt* 149. 168. 215. de or. III, 175.

20. *ante* § 149.

21. *alterum* nämlich die concinnitas 202.

enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et eis festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur, quas Isocrates, cum tamen audisset in Thessalia adulescens senem iam Gorgiam, moderatius etiam temperavit. Quin etiam se ipse tantum, quantum aetate procedebat, (prope enim centum confecit annos) relaxarat a nimia necessitate numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, cum iam admodum esset senex; in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.

Quoniam igitur habemus aptae orationis eos principes auc- 53, 177
toresque quos diximus et origo inventa est, causa quaeratur. Quae sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, praesertim cum, ut fit, fortuito saepe aliquid concluse apteque dicerent. Quod cum animos hominum auresque pepulisset, ut intellegi posset id quod casus effudisset cecidisse iucunde, notandum certe genus atque ipsi sibi imitandi fuerunt. Aures enim vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensio-
nem. Itaque et longiora et breviora iudicat et perfecta ac mode- 178

1. *in transferendis* 81, im Gebrauch metaphorischer Ausdrücke, *faciendis* in der Bildung neuer Wörter de or. III, 170 aut *factum* (vel coniunctione vel novitate) aut translatum.

3. *festivitatibus* ‚Zierrat, Flitterstaat‘ καλλωπίσματα vgl. 39 deliciae; *sic* sc. has παρισώσεις καὶ παρονομασίας καὶ ἀντιθέσεις, ἐν αἷς ἐπλεόνασε, festivitates esse; *insolentius* 25 in zu übertriebener Weise.

4. *cum tamen* trotzdem dass; *senem*, wo die Productivität im Erlöschen war und Gorgias schon um seines hohen Lebensalters willen von der Ueppigkeit der Diction nachgelassen hatte, während Isokrates eben in voller Blüte stand (adulescens).

5. *etiam* in noch höherem Grade als der greise Gorgias, der als solcher doch auch ohnehin schon has festivitates moderate temperabat.

7. *relaxarat* allmählich, schon ehe er die gleich zu erwähnende Schrift abfasste. de leg. I, 11 ut quemadmodum Roscius — in senectute numeros in cantu reciderat ipsasque tardiores fecerat tibias (de or. I, 254), sic tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, cotidie *relaxes* aliquid; *a nimia* etc. von der übermässigen Strenge in der Beobachtung des Rhythmus.

β) Grund und Veranlassung § 177—178.

12. *aptae* d. h. numerosae 149. 191.

14. *commotos* sc. *ea*, was viell. ausgefallen ist, ähnlich wie § 39 davon berührt, d. h. aufmerksam geworden.

15. *fortuito* 170 casu; 186. Brut. 33; *concluse* 20.

16. *pepulisset* 15.

17. *effudisset* ohne Wahl, wie de or. I, 159 effudi vobis omnia; III, 208; *cecidisse* einen angenehmen Tonfall gehabt 168.

*notandum* hätte man doch jedenfalls den allgemeinen Charakter des Rhythmus ins Auge fassen sollen 183. 186. 203. de or. I, 189 tum sunt notanda genera.

19. *mensionem* 67 quod sub aurium mensuram aliquam cadat.

20. *iudicat* wie Brut. 34 aures ipsae quid plenum, quid inane sit iudicant; *perfecta* an dem also nichts fehlt 168; *moderata* an dem nichts überhin ist 168. 182. de or. II, 34.

rata semper exspectat; mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus, tamquam debito fraudetur, offenditur, productiora alia et quasi immoderatius excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures; quod cum in plerisque, tum in hoc genere nimium quod est offendit vehementius quam id quod videtur parum. Ut igitur versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium, sic in oratione animadversum est, multo illud quidem serius, sed eadem admonente natura, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

179 Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam nunc — id enim erat tertium —, si placet, explicemus: quae disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intimae. Quaeri enim potest, qui sit orationis numerus, et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an duo an plures, quaque ratione componatur et ad quam rem et quando et quo loco et quem ad modum adhibitus aliquid voluptatis adferat.

180 Sed ut in plerisque rebus, sic in hac duplex est considerandi via, quarum altera est longior, brevior altera, eadem etiam planior.
54 Est autem longioris prima illa quaestio, sitne omnino ulla numerosa oratio; quibusdam enim non videtur, quia nihil insit in ea certi ut in versibus, et quod ipsi, qui adfirment esse eos numeros, rationem cur sint non queant reddere. Deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit aut quales, et e poeticisne numeris an ex alio genere quodam, et, si e poeticis, quis eorum sit aut qui; namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes eidem videntur. Deinde, quicumque sunt, sive unus sive plures, communesne sint omni

1. *exspectat* 168. de or. III, 191 modo ne circuitus ipse verborum sit aut brevior, quam aures exspectent, aut longior, quam vires atque anima patiatur; *mutila* 32; *decurtata* 168.

3. *excurrentia* 168. 170. de or. III, 190.

4. *nimium* 73.

6. *terminatione*, insofern das Gehör die Hebung und Senkung in der nach bestimmten Gesetzen wiederkehrenden Folge wahrnimmt, also die rhythmische Abgrenzung bestimmt; auf Grund dieser natürlichen Wahrnehmung wurden dann von kundigen Beobachtern die Regeln für die Versbildung aufgestellt.

7. *oratione* 174; *serius* 171. 186.

8. *cursus* Umläufe, circuitus *περιόδους*; *conclusiones* 169.

*γ*) Natur und Wesen des Rhythmus § 179—203. Vorbemerkung.

12 *non huius* etc. es sind die Fragen, die hier in Betracht kommen, rein technischer Natur und gehören also streng genommen eher in eine theoretisch-rhetorische Schrift de elocutione, als in die vorliegende Darstellung, hinsichtlich welcher Cic. selbst wiederholt hervorgehoben hatte: nulla praecepta ponemus etc. (Einl. § 4). Daher diese entschuldigende Vorbemerkung.

14. *componatur:* wie die Bestandteile des Rhythmus zusammengestellt werden 203.

17. *Sed* aber man kann auch noch weiter gehen und über noch andere Fragen sich verbreiten.

21. *eos* es gebe solche oratorische Rhythmen (die wir im Auge haben).

22. *in oratione* § 70.

26. *omni generi orationis,* jeder Stilgattung, da es eben verschiedene gibt.

genereri orationis — quoniam aliud genus est narrandi, aliud per-
suadendi, aliud docendi —, an dispares numeri cuique orationis
generi accommodentur; si communes, qui sint; si dispares, quid
intersit, et cur non aeque in oratione atque in versu numerus
appareat. Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum 181
numero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam vel
genere verborum; an sit suum cuiusque, ut numerus intervallis,
compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quaedam forma
et lumen orationis appareat, sitque omnium fons compositio ex
eaque et numerus efficiatur et ea, quae dicuntur orationis quasi
formae et lumina, quae, ut dixi, Graeci vocant σχήματα. At non 182
est unum nec idem, quod voce iucundum est, et quod modera-
tione absolutum, et quod illuminatum genere verborum, quamquam
id quidem finitimum est numero, quia per se plerumque perfec-
tum est; compositio autem ab utroque differt, quae tota servit

5. *Deinde* etc. Eine weitere Frage ist die: kommt das, was wir speciell das Rhythmische in der prosaischen Darstellung nennen, lediglich und allein durch den Rhythmus zu Stande, oder auch durch die Stellung der Wörter nach den Gesetzen des Wollauts, wie durch die Concinnität der Wörter. Oder aber: hat jedes der drei Stücke (der numerus, die compositio und die concinnitas) seine besondern Bestandteile und lassen sich dabei der numerus und die concinnitas als Ausfluss der compositio, als der gemeinschaftlichen Quelle, betrachten? Cic. entscheidet sich in beiden Beziehungen für die Selbständigkeit des Rhythmus und für die Unterscheidung desselben von der compositio sowol, als von der concinnitas.

6. *vel* sei es durch das eine oder das andere oder durch beide zusammen; *compositione* 149. 202 der Stellung der Wörter nach euphonischen Gesetzen; daher quadam.

7. *genere verborum* 149. 202 concinnitas; *intervallis* 187; intervalla sind die kleinen (gleichmässig aufeinanderfolgenden, bald längeren, bald kürzeren) Pausen, durch welche das sonst ohne alle merkbare Unterbrechung dahingehende in kleinere Taktteile zerfällt und dadurch eben rhythmisiert wird, wie de or. III, 185 ausführlicher dargelegt ist.

8. *vocibus* durch die Laute, besonders die Vokale, durch deren Verbindung das Euphonische zu Stande kommt; *genus ipsum verborum* die oratorische Beschaffenheit der Wörter an sich d. i. concinnitas; *quasi* etc. gleichsam als eine Art künstlicher Bildung (Gestaltung) und Schmuck der Rede sich darstellt. (Man erwartet den vorausgehenden Ausdrücken intervallis und vocibus entsprechend quadam forma et lumine).

11. *dixi* § 83. Brut. 69. 141.

*At* etc. Erstens besteht ein bestimmter Unterschied zwischen den drei Stücken.

12. *voce* durch den Laut, Wollaut, also die compositio; *moderatione* was seine Abrundung mittels der Silbenmessung und des Takts erhält (also der numerus), de or. I, 254 astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum.

13. *illuminatum* was durch die oratorische Beschaffenheit der Wörter, die Antithesen etc. seinen Glanz erhält.

14. *id quidem* die eben erwähnte concinnitas; *per se* ohne dass man noch etwas dazu thut, sua sponte 164; *perfectum* wie 178 rhythmisch abgeschlossen (absolutum).

15. *compositio* etc. Zweitens lässt sich auch das nicht behaupten, dass die beiden Stücke (das numerosum und illuminatum) unter die compositio fielen; *tota* die compositio (in dem erwähnten Sinn) fragt lediglich nach dem oratorischen

gravitati vocum aut suavitati. Haec igitur fere sunt, in quibus rei natura quaerenda sit.

55, 183 Esse ergo in oratione numerum quendam non est difficile cognoscere. Iudicat enim sensus; in quo iniquum est quod accidit non agnoscere, si cur id accidat reperire nequeamus. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit. Ita notatio naturae et animadversio peperit artem. Sed in versibus res est apertior, quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse videtur oratio, maximeque id in optimo quoque eorum poetarum, qui λυρικοί a Graecis nominantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda
184 paene remanet oratio. Quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, velut ille in Thyeste:

quemnám te esse dicam? qui tárda in senécta?....

et quae sequuntur; quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima. At comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnumquam vix in eis numerus et versus intellegi possit. Quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus quam in versibus.

Vollklang und Wolklang der Laute.

3. 1) § 183—187. *ergo* im Uebergang zur ersten Frage Seyffert schol. lat. § 9 b.

4. *sensus* 58. 162. 173. 198 voluptate aurium iudicatur. de or. III, 185. 195. Brut. 34; *iniquum* etc. mit Beziehung auf § 180.

6. *ratione* auf dem Wege theoretischer Reflexion, so dass man sich gleich von vornherein der Gründe bewusst gewesen wäre.

*quem* etc. erst hinterher hat die Theorie den vorhandenen Vers nach Versfüssen ausgemessen (147) und das metrische Gesetz dargelegt.

7. *notatio* etc. dadurch dass man auf die Natur aufmerksam wurde (177) und durch Beobachtung der Erscheinung von ihr lernte.

9. *modis*, Versmasse, rhythmische Weisen (Reihen), wie 198 nihil ut fiat extra modum, nam id quidem esset poema; *cantu* ‚musikalische Begleitung‘, ohne welche, also ohne die Melodie, sie sich wie blosse Prosa anhören.

*soluta* 64. 174. de or. III, 184 liberior est oratio et plane, ut dicitur (de or. III, 173), sic est vere soluta, non ut fugiat tamen aut erret, sed ut *sine vinculis* (ohne an bestimmtes Versmass gebunden zu sein) sibi ipsa (ohne äussern Zwang) moderetur.

11. *λυρικοί* speciell diejenigen Dichter, deren Gedichte die Bestimmung haben, zur Lyra gesungen zu werden.

*nuda* 185. Aristot. poet. 1 *τοῖς λόγοις ψιλοῖς*. Dion. Hal. de comp. verb. 15 *οὔτ' ἐν λόγοις ψιλοῖς οὔτ' ἐν ποιήμασιν*.

13. *ille*, Ennius. Vahlen p. 141.

15. *nisi cum* etc. also cantu remoto, denn der tibicen begleitete die cantica und durch seine Intonierung trat der Vers als solcher hervor, während ohne diese die ganze Stelle fast wie Prosa lautet.

16. *At* aber nun gar im Gegensatz zum hohen Ton der lyrischen Dichter 67.

17. *sermonis* mit der gewöhnlichen Umgangssprache 64; *abiecti* ohne allen höheren Schwung 192. 230. 235 (de or. III, 102).

18. *quo — difficilior*. Wenn selbst im Vers, der doch aus lauter Rhythmen (Versfüssen) besteht, der Rhythmus verborgen sein kann, um so schwieriger ist er im prosaischen Ausdruck aufzufinden, wo eine solche äusserlich wahrnehmbare Gliederung der Füsse fehlt.

Omnino duo sunt, quae condiant orationem, verborum nu- 185
merorumque iucunditas. In verbis inest quasi materia quaedam,
in numero autem expolitio. Sed ut ceteris in rebus necessitatis
inventa antiquiora sunt quam voluptatis, ita in hac re accidit, ut
multis saeculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus
exprimendos fuerit reperta. Itaque et Herodotus et eadem su- 186
periorque aetas numero caruit, nisi quando temere ac fortuito, et
scriptores perveteres de numero nihil omnino, de oratione prae-
cepta multa nobis reliquerunt. Nam quod et facilius est et magis
necessarium, id semper ante cognoscitur. Itaque tralata aut facta 56
aut iuncta verba facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetu-
dine cotidianoque sermone; numerus autem non domo depromeba-
tur neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum
oratione. Itaque serius aliquanto notatus et cognitus quasi quan-
dam palaestram et extrema lineamenta orationi attulit.

1. *Omnino.* Nun erst nach Erledigung der Vorfrage folgt die weitere Exposition über das Wesen des Rhythmus.

*condiant* dem Ausdruck den rechten Wolgeschmack (Würze), d. h. die rechte Harmonie und Schönheit verleihen, so dass die Darstellung geschmackvoll ist, de or. II, 212 (227. 271. Brut. 110. 177). Aristot. poet. 6 λέγω δὲ ἡδυσμένον λόγον τὸν ἔχοντα ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν καὶ μέλος.

3. *expolitio* im Anschluss an das figürl. *materia* (Baumaterial) das Abglätten, d. h. die feine Ausarbeitung des Stoffes und Entfernung aller Unebenheiten; vgl. de orat. I, 63 polire orationem (was sonst ornare ist); III, 184 polita oratio.

5. *ante* sc. quam ratio numerorum delectationis aurium causa excogitata wie spätere Hss. (nur mit Voranstellung von causa) haben. Das zweite Glied ist entweder aus dem Zusammenhang zu ergänzen oder im Text durch ein Versehen ausgefallen. *ad solos* etc. also nur necessitatis, nicht voluptatis causa.

7. *fortuito* 177.

8. *de oratione* περὶ τῆς λέξεως, über die Sprache.

10. *tralata* 80 der figürliche (metaphorische) Ausdruck, de or. III, 155 tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit. *facta* 68 novata, neugebildete Wörter, *iuncta* 68 zusammengesetzte de or. III, 154.

12. *domo* ein sprichwörtlicher Ausdruck von dem, was man aus der nächsten Umgebung, aus seinen vier Wänden hernehmen, nicht anderswo weit zu suchen braucht. Terent. adelph. III, 3, 59 domi habuit unde disceret. Plauti mil. glor. II, 2, 38 domi habet animum falsiloquum — domi dolos — domi fallacias.

13. *cum oratione* mit dem prosaischen Ausdruck als solchem (sondern zunächst nur mit dem poetischen).

14. *serius* 171. *notatus* 177.

15. *palaestram:* während die blosse Rede nur das notwendige Bedürfnis zu befriedigen bestimmt war, gesellte sich in der rhythmischen zum Nützlichen auch das Schöne, eine gewisse gymnastische Grazie und Eleganz der Darstellung, wie § 228 f. weiter ausgeführt wird. palaestra ist also hier die beim gymnastischen Kunstfechten hervortretende ästhetische Schönheit der Bewegung, im Gegensatz von acies oder pugna dem blossen (rohen) Kampf; vgl. Cic. de legg. I § 6 Antipater (historicus) habuit vires agrestes atque horridas sine nitore ac palaestra.

*extrema lineamenta,* bildlicher Ausdruck für extremam manum. Gemeint sind die letzten Striche, die ein Maler auf vollendetem Gemälde noch anwendet (in der Kunstsprache ‚Drucker' genannt), damit

187 Quodsi et angusta quaedam atque concisa et alia est dilatata et diffusa oratio, necesse est id non litterarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate; quibus implicata atque permixta oratio quoniam tum stabilis est tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quem saepe iam diximus, incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem et insistat.

Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse de-
188 bere, carere versibus. Sed ei numeri poeticine sint an ex alio genere quodam deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poeticos, propterea quod definita sunt genera numerorum. Nam omnis talis est, ut unus sit e tribus. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem esse alteri parti aut altero tanto aut sesqui esse maiorem. Ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquiplex paean; qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis quod efficitur numerosum sit necesse est.

189 Sed quaeritur, quo numero aut quibus potissimum sit utendum. Incidere vero omnes in orationem etiam ex hoc intellegi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus

an einzelnen Stellen Licht und Helldunkel lebhafter hervortrete.

1. *concisa* in kürzeren unterbrochenen Sätzen, *diffusa* auseinander fliessend, sich breiter ergehend, de or. II, 159 genus sermonis non *fusum* ac profluens, sed — *concisum* ac minutum.

2. *litterarum* etc. so kann das nicht von der Beschaffenheit der Buchstaben, sondern nur vom Wechsel der längeren oder kürzeren Pausen kommen.

3. *intervallorum* 181; *quibus* etc. die längeren und kürzeren Pausen (Taktteile) durchziehen in der grössten Mannigfaltigkeit, bald zurückhaltend bald wieder beflügelnd die Rede; so hängt es von diesen verschiedenen numeri (der Folge der bald rascheren, bald langsameren Versfüsse) ab, ob und welcher Teil des Redeganzen stabilis oder volubilis ist.

5. *contineri* 102.

*circuitus* περίοδος (204); 149 comprehensio; 169 conclusio.

6. *incitatior fertur* 67; *insistat* 170.

8. *Perspicuum* etc. schliesst diese ganze Erörterung ab: das steht also als Resultat fest: die kunstgerechte Rede muss rhythmisch sein; *carere versibus* 172.

2) § 188—190.

10. *deinceps* Seyffert schol. lat. § 11, 2.

11. *definita*. Es gibt überhaupt nur die bestimmte Anzahl von drei Arten von Rhythmen, das sind aber eben die poetischen, die Versfüsse; folglich sind alle Rhythmen der Poesie entlehnt, es gibt nur poetische Rhythmen.

12. *pes* s. ind. Rhythmus.

16. *qui pedes* etc. wie wäre es möglich, dass diese Versfüsse in der Prosa nicht vorkämen? Werden dann diese Rhythmen (Versfüsse) in oratorisch richtiger Anordnung gestellt, so wird das so gebildete Ganze notwendig rhythmisch sein müssen (190 a. E.).

19. *Sed* etc. Cic. macht hier gleich vorläufig darauf aufmerksam, dass wenn auch alle Rhythmen im prosaischen Ausdruck vorkommen, doch darum nicht alle gleichen Wert für den Redner haben (191 ff.).

— quod vehementer est vitiosum, sed non attendimus neque exaudimus nosmet ipsos —, senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Sed tamen eos versus facile agnoscit auditor, sunt enim usitatissimi; inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus — vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum. Elegit ex multis Isocrati libris triginta for- 190
tasse versus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapaestos; quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose; prima enim syllaba dempta in primo verbo sententiae postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis, itaque factus est anapaestus is qui Aristophanius nominatur; quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, ut a me animadversum est studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios qui sint poetici.

Sequitur ergo, ut qui maxime cadant in orationem aptam 57, 191
numeri videndum sit. Sunt enim qui iambicum putent, quod sit orationi simillimus, qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, cum ille dactylicus

1. *exaudimus* hören nicht genau uns selbst.

2. *vero* ‚vollends‘; *effugere* etc. de or. III, 182 qui (sc. iambus et trochaeus) natura incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; s. ind. Rhythmus.

4. *facile agnoscit* die genannten Verse haben für den Zuhörer nichts störendes, er erkennt sie gern an als tägliche Bekannte, lässt sie sich gefallen 171. 215.

5. *inculcamus* 50. de or. II, 19 horum Graecorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt.

6. *vitiosum genus,* in der prosaischen Darstellung einen Vers zu brauchen, in Versen zu reden 67. 220; *longa* etc. man muss sehr umsichtig sein und im Geiste weit voraussehen, dass nicht der Silbenfall zum Vers führt 150 animus in dicendo prospiciet quid sequatur 200.

10. *prima* etc. Statt mit dem ersten Worte des Satzes (*sententia*) anzufangen, zälte er (um das Vorkommen eines Verses nachzuweisen) unredlicher Weise die erste Silbe des ersten Worts im Satze nicht mit, und wiederum, statt mit der letzten Silbe des Satzes zu schliessen, zog er zu dieser wieder die Anfangssilbe des folgenden Satzes.

3) § 191—198.

19. *cadant* 188. *aptam* 177; *videndum sit* 221 sequi videtur, ut videamus.

21. *orationi simillimus* 189.

22. *veritatis* mit dem wirklichen Leben de or. II, 34.

*in fabulis* Aristot. poet. 4, 14 *τό τε μέτρον* (sc. *τῆς τραγῳδίας*) *ἐκ τετραμέτρου* (sc. *τροχαϊκοῦ*) *ἰαμβεῖον ἐγένετο· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν, λέξεως δὲ γενομένης* (mit der Ausbildung des Dialogs) *αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρεν· μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστιν. σημεῖον δὲ τούτου· πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις καὶ ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας.* Horat. art. poet. 79 ff. Archilochum proprio rabies armavit *iambo:* Hunc socci cepere pedem grandesque

numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior. Ephorus autem, levis ipse orator et profectus ex optima disciplina, paeana sequitur aut dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum. Quod enim paean habeat tres breves, dactylus autem duas, brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius, contraque accidere in spondeo et trochaeo; eo quod alter e longis constet, alter e brevibus, fieri alteram nimis incitatam, alteram nimis tar-
192 dam orationem, neutram temperatam. Sed et illi priores errant et Ephorus in culpa est. Nam ei qui paeana praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri. Quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem quam desideret soluta oratio, iambum autem nimis e vulgari esse sermone. Ita neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient ad maiorem admira-
193 tionem possit traducere. Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habeat. Ita paeana probat eoque ait uti omnes, sed ipsos non sentire, cum utantur; esse autem tertium ac medium inter illos, et ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par. Itaque illi, de quibus

cothurni, *Alternis aptum sermonibus* et populares *Vincentem strepitus* et *natum rebus agendis*.

*ille* der homerische, heroische. Dion. Halic. de comp. verb. 17, 130 *ὁ δὲ ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀρχόμενος, λήγων δὲ ἐς τὰς βραχείας δάκτυλος μὲν καλεῖται, πάνυ δέ ἐστι σεμνὸς καὶ εἰς κάλλος ἁρμονίας ἀξιολογώτατος, καὶ τό γε ἡρωϊκὸν μέτρον ἀπὸ τούτου κοσμεῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.*

2. *levis* *γλαφυρός* ‚glatt‘, also eine in dieser Hinsicht zu beachtende Autorität; *disciplina* sc. Isocratis 172.

3. *sequitur* 4. 174.

*trochaeum* d. h. den Tribrachys (unser Trochäus heisst bei Cicero und andern Choreus) 217. 193. Quint. IX, 4, 80 u. 82.

8. *temperatam* 21. 70. 197.

*illi priores* die oben vor Ephorus erwähnte Richtung.

9. *in culpa est*, zieht sich den Vorwurf der Inconsequenz zu 194.

11. *Aristoteli* s. ind. Rhythmus.

13. *abiectam* 184.

16. *eodem spatio* da er gleichviel Zeitteilchen (morae) hat (⏑⏑⏑ = –́⏑) 215. 217.

17. *cordacem* mit Beziehung auf Aristot. rhet. III, 8 *ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος* ‚zu tanzend‘. *κόρδαξ* ist der ausgelassene, lascive Tanz des komischen Chors. Quint. IX, 4, 88.

*contractio* die rasche, eilige Aussprache der unmittelbar auf einander folgenden Kürzen, so dass die Laute fast verschluckt werden; *dignitatem*, wozu etwas Ruhiges u. Gemessenes gehört Dionys. Hal. de comp. verb. c. 17 *ταπεινός τε καὶ ἄσεμνός ἐστι καὶ ἀγενής, καὶ οὐδὲν ἂν ἐξ αὐτοῦ γένοιτο γενναῖον.*

20. *inter illos* dem Daktylus einerseits und dem Jambus wie Trochäus andererseits; *eos* die genannten drei.

21. *sesquiplex* *τρία πρὸς δύο* (⏑⏑⏑–́) der Päon; *duplex* *δύο πρὸς ἕν* (–́⏑ = ⏑́⏑⏑ oder ⏑–́) Trochäus, Tribrachys und Jambus; *par* *ἓν πρὸς ἕν, γένος ἴσον* (–́⏑⏑ und ⏑⏑–́) Daktylus (und Anapäst).

*illi* sc. qui paeana praetereunt, die ausschliesslichen Verehrer des Jambus und Daktylus.

ante dixi, tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam
dignitatis. Iambus enim et dactylus in versum cadunt maxime; 194
itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes; aliud enim quiddam est oratio nec quidquam inimicius quam illa versibus; paean autem minime est aptus ad versum, quo libentius eum recepit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intellegit esse aequalem dactylo, quem probat. Syllabis enim metiendos pedes, non intervallis existimat; quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis est par iambo, sed eo vitiosus in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. Atque haec quae sunt apud Aristotelem,
eadem a Theophrasto Theodecteque de paeane dicuntur. Ego 195
autem sentio, omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes — nec enim effugere possemus animadversionem, si semper eisdem uteremur —, quia nec numerosa esse, ut poema, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio; alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur; ut ab altero non de-
lectere, alterum oderis. Sit igitur, ut supra dixi, permixta et 196

1. *commoditatis* der leichten gefälligen Bewegung (bes. des jambischen Verses).

2. *dignitatis* der strengen, ernsten Würde der oratorischen Prosa, die den leichten Vers verschmäht.

3. *versum fugimus* 172. de or. III, 175.

*continuati,* wodurch eben der Vers (Senar oder Hexameter) oder doch eine versähnliche Verbindung entsteht.

4. *oratio* die oratorische Prosa 174.

8. *syllabis,* so dass man die Silbenzahl, *intervallis,* so dass man die Taktteile, den rhythmischen Wert zum Maasstab nimmt, wonach die Länge gleich zwei Kürzen ist.

9. *temporibus et intervallis* an Zeit- und Taktteilen (⏔⏔⏑ — ⏑⏑́).

10. *eo* deswegen.

11. *longiores* nach Aristot. rhet. III, 8 *ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν· ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτήν.*

13. *sentio,* wie 115 gebraucht, s. daselbst. Quintil. IX, 4, 91. *miscendi* ergo sunt (sc. pedes oder numeri).

*omnes* 208 bin gegen einseitige ausschliessliche Beschränkung auf die einen oder andern Rhythmen; *quasi* wegen des uneigentlichen Gebrauchs von permiscere u. confundere.

14. *nec* etc. die Parenthese zur Begründung des ‚omnes'; *animadversionem* ‚eine Rüge' 212 in orationis numero nihil est tam vitiosum quam si semper est idem.

15. *numerosa* ‚rein rhythmisch', im Gegensatz von permixtos et confusos; *extra numerum* *ἄρρυθμος* Parad. 3 § 26 histrio si paullum se movit extra numerum, exsibilatur et exploditur s. ind. Rhythmus.

17. *ut de industria* etc. *πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ* und daher *ἀπίθανον* 117. 202. de or. III, 193 horum (sc. pedum) vicissitudines efficient, ut neque ei satientur qui audiunt fastidio similitudinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere videamur. *appareat* 219.

18. *pervagatum* de or. I, 165. III, 188.

*non delectere* ‚man merkt die Absicht und ist verstimmt'.

19. *oderis* das pervagatum wirkt (für das gebildete Ohr) geradezu abschreckend.

*sit igitur:* damit fasst Cic. das Resultat des eben dargestellten als eine bestimmte Norm und Regel zusammen, 190 sit igitur hoc cognitum.

temperata numeris, nec dissoluta nec tota numerosa, paeane ma-
xime, quoniam optimus auctor ita censet, sed reliquis etiam nu-
meris, quos ille praeterit, temperata.
58 Quos autem numeros cum quibus tamquam purpuram misceri
oporteat, nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus
sint quique accommodatissimi. Iambus enim frequentissimus est
in eis, quae demisso atque humili sermone dicuntur, paean autem
197 in amplioribus, in utroque dactylus. Itaque in varia et perpetua
oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi. Sic minime
animadvertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis in-
dustria; quae latebit eo magis, si et verborum et sententiarum
ponderibus utemur. Nam qui audiunt haec duo animadvertunt et
iucunda sibi censent, verba dico et sententias, eaque dum animis
attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praetervolat numerus,
198 qui tamen si abesset, illa ipsa minus delectarent. Nec vero is
cursus est numerorum — orationis dico, nam est longe aliter in
versibus —, nihil ut fiat extra modum; nam id quidem esset
poema; sed omnis nec claudicans nec quasi fluctuans sed aequa-
liter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio. Atque id
in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat e numeris,

*ut supra dixi* 187 quibus implicata et permixta oratio.

*permixta* etc. s. d. krit. Anh.

1. *tota* 198 quod totum constat e numeris.

2. *optimus auctor* 192 f.

4. *tamquam purpuram:* wie man die verschiedenen Purpurfarben nach bestimmten Verhältnissen mit einander mischt, um den erforderlichen rechten Farbenton hervorzubringen, so muss es auch mit den Rhythmen geschehen, um den rechten Redeton zu gewinnen s. ind. purpura.

8. *in varia,* wo bald der Ton des demissum und humile, bald der des amplum, bald beides angemessen ist; *perpetua,* wo es also möglich ist, die verschiedenartigsten Rhythmen in grösserer Anzahl zu verwenden.

10. *delectationis aucupium* das Haschen nach Effect s. 63 quod delectationem aliquam dicendo aucupentur; 84 quoddam aucupium delectationis.

*quadrandae* ‚abzirkeln' (208 redigere in quadrum), ein von der Architektonik entlehnter Ausdruck, vom genauen viereckigen Behauen der Hölzer und Steine, wie von der regelmässigen, knappen Aneinanderfügung. Quint. II, 5, 9 quae levis et quadrata, sed virilis tamen compositio IX, 4, 69 quod ex illis (particulis) conficitur — aut quadratum aut solutum erit.

11. *sententiarum ponderibus* schwerwiegende, d. h. inhaltsreiche Gedanken, Quint. X, 1, 130 si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset.

13. *iucunda sibi censent:* wirklich bedeutende Gedanken und diesen entsprechende nachdrucksvolle Worte erregen nicht allein die Aufmerksamkeit, sondern auch das Wolgefallen des Zuhörers; sie gelten nach dem Urteil des Publikums für interessant.

17. *extra modum* wie 195 extra numerum 183. 203. Horat. epist. I, 18, 59 quamvis nil extra numerum fecisse modumque curas. de or. III, 41.

18. *claudicans* ohne festen Schritt, ihm steht constanter ingrediens entgegen; *quasi* § 195; *fluctuans* hin- u. herschwankend, schlotternd, im Gegensatz von aequaliter (in ruhiger sich gleichbleibender Haltung) ingrediens.

sed quod ad numeros proxime accedit. Quo etiam difficilius est oratione uti quam versibus, quod illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi sit necesse, in dicendo autem nihil est propositum, nisi ut ne immoderata aut angusta aut dissoluta aut fluens sit oratio. Itaque non sunt in ea tamquam tibicinii percussionum modi, sed universa comprehensio et species orationis clausa et terminata est, quod voluptate aurium iudicatur.

Solet autem quaeri, totone in ambitu verborum numeri 59, 199
tenendi sint, an in primis partibus atque in extremis; plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam. Est autem, ut id maxime deceat, non ut solum; ponendus est enim ille ambitus, non abiiciendus. Quare cum aures extremum semper exspectent in eoque acquiescant, id vacare numero non oportet, sed ad hunc exitum tamen a principio ferri debet verborum illa comprehensio et tota a capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat. Id autem bona disciplina 200

1. *accedit* 219 similis numerorum.

2. *illis* auf das nächst stehende Wort bezogen, weil die versus dem Schreibenden ferner stehen als die oratio.

4. *immoderata*, das Gegenteil von moderata (178. de or. II, 34), ohne irgend welche Concinnität, formlos die Grenzen überschreitend (ne vagetur); *angusta* in beengende Banden eingeschnürt, so dass sie sich nicht recht bewegen kann (ne insistat interius). *dissoluta* gänzlich ungebunden, rand- und bandlos, im Gegensatz von angusta (ne excurrat longius). *fluens* 220 ohne Hebungen und Senkungen (ἄρρυθμος) an éinem Seil dahingehend de or. III, 190 nec sunt haec rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda; efficiendum est illud modo nobis, ne *fluat* oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius, ut membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas.

5. *tibicinii* wie beim Flötenspiel; *percussionum modi,* Taktmessung mittels fortgehender Taktschläge bei jedem einzelnen Takte durch Aufstampfen mit dem Fuss, de or. III, 182. Quint. IX, 4, 75 (trimeter) sex pedes, tres percussiones habet. XI, 3, 108. Horat. sat. I, 10, 43.

6. *universa* die Periode im Ganzen (149). Quint. IX, 4, 115 neque vero tam sunt intuendi pedes quam universa comprehensio; *species* die gesamte (äussere) Gestaltung; *clausa* abgeschlossen, durch die clausulae, die rhythmischen Satz- und Periodenschlüsse (229); *terminata* hat die richtige endliche Abrundung 20.

7. *voluptate aurium* 162. Quint. IX, 4, 116 optime de illa (sc. compositione) iudicant aures, quae plena sentiunt et parum expleta desiderant etc. Ideoque docti rationem componendi intellegunt, etiam indocti voluptatem.

4) § 199—202.

10. *cadere* vom Periodenschluss 165. 215. Brut. 34; *terminarique* 20.

11. *est ut* ‚die Sache liegt so, es ist richtig‘, eine nachdrückliche Umschreibung, wie p. Sest. 97 est igitur ut ei sint, quam tu nationem appellasti, qui integri sunt etc.

*ponendus* etc. der bildliche Ausdruck bezieht sich auf den Schluss der Periode, *ponendus* ‚abzulegen‘, *abiiciendus* ‚abzuwerfen‘, d. h. man muss die Periode ruhig ablaufen lassen, nicht kurzweg abschliessen.

13. *exspectent* ‚gespannt sind‘, *in eoque acquiescant* ‚und darin ihren Ruhepunkt finden‘.

14. *ferri* 67. 97. 228.

16. *ipsa consistat* von selbst in ihrem natürlichen Abfluss zum Stillstand kommt.

exercitatis, qui et multa scripserint et, quaecumque etiam sine scripto dicent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. Ante enim circumscribitur mente sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat, quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur. Atque omnia illa et prima et media
201 verba spectare debent ad ultimum. Interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio, ut iam a principio videndum sit quem ad modum velis venire ad extremum.

Nec in numeris magis quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus quae poetae, effugimus tamen in oratione poematis similitudinem. Est enim in utroque et materia et trac-
60 tatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternae autem sunt utriusque partes: verborum tralatum, novum, priscum (nam de propriis nihil hoc loco dicimus); collocationis autem eae,
202 quas diximus, compositio, concinnitas, numerus. Sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poetae; nam et transferunt verba cum crebrius tum etiam audacius, et priscis libentius utuntur et liberius novis; quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur; sed tamen haec nec nimis esse diversa ne-

1. *scripserint*, denn stilus est optimus magister de or. I, 150.

2. *similia scriptorum* de or. I, 152 qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc adfert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa quae dicantur, similia scriptorum esse videantur.

3. *concurrunt* stellen sich von allen Seiten ein und werden ebenso schnell an ihren Posten gewiesen; der Geist ist der ordnende und commandierende Feldherr, nach einem bei Cic. häufigen Vergleich der militärischen mit der rhetorischen Taktik.

4. *dimittit* gleichfalls militärischer Ausdruck, ebenso *respondent* beim Verlesen zu erkennen geben, dass man da ist (ad nomina respondere), also hier: dass jedes an seine richtige Stelle kommt, sich bereitwillig in Reih und Glied stellt de or. III, 191 ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati.

5. *descriptus* ihre nach den Gesetzen der Taktik fest bestimmte Reihenfolge schliesst das einemal mit diesem, das anderemal mit jenem Satzschluss ab.

8. *incitatior* geht gleichsam im Laufschritt 67. 212 in oratione wie in itinere; *moderata ingressio* geht langsamen Schritts.

10. *in numeris* hinsichtlich des numerus; Unterschied des oratorischen und poetischen numerus; *in utroque* im ornatus wie im numerus. Ueber *nec* (non) *magis* vgl. Madvigs lat. Sprachl. § 306, Anm. 2 a.E.

13. *verborum* de or. III, 152 tria sunt in verbo simplici, quae orator adfert ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum aut novatum aut translatum.

15. *de propriis* die nicht zum ornatus im engern Sinn gehören.

16. *diximus* § 149. 164.

*in utroque* im Gebrauch der Tropen, wie hinsichtlich des numerus.

18. *priscis* de or. III, 153 (prisca) sunt poetarum licentiae liberiora quam nostrae.

19. *necessitati* § 198.

20. *sed tamen* trotzdem (dass poetae liberiores sunt) liegt es auf der Hand, dass die eben angeführten Punkte weder sehr verschieden sind noch ohne alle Verwandtschaft. Der Satz ist ähnlich angefügt wie de or. III, 153 sed ta-

que nullo modo coniuncta intellegi licet. Ita fit, ut non item in oratione ut in versu numerus exstet, idque quod numerosum in oratione dicitur non semper numero fiat, sed nonnumquam aut concinnitate aut constructione verborum. Ita si numerus orationis 203
quaeritur qui sit, omnis est, sed alius alio melior atque aptior; si locus, in omni parte verborum; si unde ortus sit, ex aurium voluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia pertinet ad usum, quae pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit; si ad quam rem adhibeatur, ad delectationem; si quando, semper; si quo loco, in tota continuatione verborum; si quae res efficiat voluptatem, eadem quae in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est accura- 61, 204
tius disputandum. In quo quaesitum est in totone circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit; deinde cum aliud videatur esse numerus, aliud numerosum, quid intersit; tum autem, in omnibusne 205
numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores, idque quando aut cur, quibusque partibus, pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus; et quando aut his aut illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur

men raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. Vgl. den krit. Anh.

2. *exstet* nicht eben so hervortritt, sich herausstellt de or. I, 72.

4. *Ita* damit werden die Hauptpunkte noch einmal recapituliert, als summarische Antwort auf die § 179 aufgeworfenen Fragen; *omnis* 195.

6. *in omni parte,* d. h. sowol im Anfang, als in der Mitte und am Ende der Worte.

8. *fuit* § 174.

10. *in tota* 199 toto in ambitu verborum.

11. *modum* das strenge Versmass 198; *notat ars* ‚die Theorie anmerkt' 178.

12. *tacito* durch ein stummes, d. h. unbewusstes Gefühl de or. III, 195 omnes tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione — diiudicant.

δ) Rechter Gebrauch und Nutzen des Rhythmus 204—236.

14. *quaesitum est* Fragen, die von den Rhetoren an dieser Stelle, im Kapitel de usu im Einzelnen behandelt zu werden pflegen; *in totone circuitu* 199.

15. *nos* 171. *ambitum* 207. 212. 221 f. de or. III, 186. Brut. 162. *circuitum* 78. *comprehensionem* 149. 208. 221. *continuationem* 203. 208. de or. III, 171. *circumscriptionem* 200. 208. 221.

17. *in principiis* den Periodenanfängen, *extremis* den Periodenschlüssen.

20. *aequaliter* etc. unter einander gleiche kleine Satzabschnitte machen, in kurzem gleichgliederigem Rhythmus; *idque* die Anwendung der gleichen rhythmischen Glieder oder der ungleichen.'

21. *quibusque partibus* vermittels welcher Redeteile: besser durch das Verbum, oder durch das Nomen oder das Adverb? *pluribus* etc. durch Häufung mehrerer Verba u. Nomina oder nur durch je eins? und wieder: durch Zusammenstellung von rhythmisch ungleichen oder gleichen Verben und Nomina.

23. *his* etc. aequalibus und singulis, *illis* sc. imparibus und plu-

et quo modo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat oratio.
206 Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum, dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tamquam incisionibus disserendum est quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum anne plures et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat. Postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius; non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur.

207 Ac licet non ad singula respondentem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc, quod in causis foroque versatur, de quo diceremus. Ergo in aliis, id est in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικόν, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tamquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis
208 absolutisque sententiis. Itaque posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur ne compositae orationis insidiis sua fides attemptetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium servienti. Genus autem hoc orationis neque totum adsumendum est ad causas fo-

ribus; *quaeque* etc. was für rhythmische Glieder passen am besten zusammen oder ist in dieser Hinsicht kein Unterschied?

2. *qua ratione* etc. wie eigentlich der rhythmische Charakter der Rede bewerkstelligt wird.

3. *forma verborum* die Gestaltung der Worte, sofern sie der Concinnität dient de or. III, 171. 173.

4. *quantos* vom Umfang der Periode (etwa der Länge von vier Senaren gleich Quint. IX, 4, 125).

5. *incisionibus* die *κόμματα* 211.

1) § 207—220.

12. *unum* das genus iudiciale als das wichtigste; *in causis foroque* 69, in privatrechtlichen und in Criminalprocessen.

13. *in historia* 37, in der rhetorisierenden Geschichtsschreibung, die als solche mehr zum genus demonstrativum gehört.

14. *omnia* ohne Ausnahme; das ist anders beim genus iudiciale.

16. *in orbe* 149. Dionys. de Isocr. 2, 15 *περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα πειρᾶται ῥυθμοειδεῖ πάνυ καὶ οὐ πολὺ ἀπέχοντι τοῦ ποιητικοῦ μέτρου.*

*insistat* 170. *perfectis* 168. 178. de or. III, 192 in eis (sc. clausulis) maxime perfectio atque absolutio indicatur.

20. *remotum* etc. 37 quae absunt a forensi contentione.

21. *in quadrum* 197. 233 genau abzirkeln, dergestalt, dass alle Seiten regelmässig sich entsprechen (*ἡ εἰς ὄνυχα σύμπηξις*); *in numerum* in rhythmische Form bringen.

23. *compositae* durch das Verführerische einer mit besonderer Kunst der Wort- und Satzstellung, mit absichtlicher Berechnung in Wortwahl und Wortfügung abgefassten Rede; *sua fides* etc. dass man in diesen Schlingen ihn fangen und seine Gewissenhaftigkeit auf die Probe stellen will.

24. *voluptati aurium* 198.

renses neque omnino repudiandum. Si enim semper utare, 62, 209
cum satietatem adfert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur; detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.

Sed quoniam adhibenda nonnumquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quam diu retinenda sit, tum quot modis commutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut lau- 210
dandum est aliquid ornatius, ut nos in accusationis secundo de Siciliae laude diximus, ut in senatu de consulatu meo, aut exponenda narratio, quae plus dignitatis desiderat quam doloris, ut in quarto accusationis de Hennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio; id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus, quod plurimis locis perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse declarant. Id autem tum valet, cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur. Non enim id agit, ut insidietur et observet, sed iam favet processumque vult dicendique vim admirans non anquirit quid reprehendat.

2. *quale sit* auch der Laie merkt dann die Kunstgriffe und der fortwährende Parallelismus u. s. w. macht keinen Eindruck mehr auf ihn 215.

3. *detrahit* wegen der steten kalten Berechnung dieser oratorischen Form; der Redner geht immer auf Stelzen, sein natürliches Gefühl kommt nicht zum Ausdruck, weil er nicht reden darf, wie ihm der Schnabel gewachsen ist.

*actionis dolorem* das Herzbewegende im Vortrag (130. de or. III, 96), weil durch die unaufhörlichen Antithesen u. s. w. das Gefühl ganz abgestumpft wird.

4. *tollit* die Sprache der Wahrheit, der man Vertrauen schenken kann, ist in der Regel einfach und schmucklos.

5. *adhibenda* sc. numerosa oratio.

7. *commutanda* die *ῥυθμῶν μεταβολή* oder *ἀλλοίωσις*, Quint. IX, 4, 50 (rhythmi) quomodo coeperant, currunt usque ad *μεταβολήν*, id est transitum in aliud genus rhythmi.

*a*) § 210.

8. *accusationis* Verr. II, 2 s. ind. Verrin.; *de consulatu meo* s. ind. Cicero.

10. *plus dignitatis* etc. mehr ruhige, gemessene Haltung als Pathos 209.

12. *in amplificanda re,* in der *αὔξησις* ad Her. III, 23 amplificatio est oratio quae aut ad iracundiam inducit aut ad misericordiam trahit auditoris animum; besonders gegen den Schluss hin de or. I, 143 extrema oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda.

13. *funditur* strömt die Rede im rhythmischen Fall und ungehemmten Fluge dahin (222. de or. III, 194 versus fundere); *volubiliter* 207.

15. *perorationes* 130.

17. *id agit* etc. Anfänglich ist der Richter auf seiner Hut, er will sich nicht irgend berücken oder verblenden lassen; deshalb gibt er sich nicht gleich hin, sondern ist im Gegenteil darauf gerichtet, dem Redner genau aufzupassen. Ist er aber einmal gewonnen, dann hört auch die anfängliche Zurückhaltung auf (Quint. IX, 4, 129 iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione et se credit actori et voluptate iam ducitur); er ist dem Redner geneigt, sieht es gern, dass er auf der eingeschlagenen Bahn fortgehe und bewundert seine Redekunst ohne tadelnde Kritik; *insidietur* wie de or. I, 136.

*b*) § 211.

211 Haec autem forma retinenda non diu est, non dico in peroratione, quam ipsam includit, sed in orationis reliquis partibus. Nam cum sis eis locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci *κόμματα* et *κῶλα* nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. Neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed cum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.

63, 212 Quo autem pacto deceat incise membratimve dici iam videbimus; nunc quot modis mutentur comprehensiones conclusionesque dicendum est. Fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius. Cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem. Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus; — explanandum est enim,
213 quod ab aliis eidem pedes aliis vocabulis nominantur. Dichoreus non est ille quidem sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam vitiosum quam si semper est idem.

2. *includit* wie 19. 133, für die peroratio ist die oratorisch-rhythmische Form gerade recht, passt vollkommen für sie.

3. *ostendi* eben § 210; *transferenda* dem Ausdruck ist die andere Form zu geben, so dass *κόμματα* und *κῶλα* entstehen.

4. *nescio cur* etc. Cic. sah sich oftmals genötigt, für diese durch ihn zuerst aus der griechischen in die latein. Literatur übergehenden Dinge zugleich auch neue Benennungen zu schaffen u. das scheinbar auffallende solcher Uebertragungen aus dem Griechischen zu rechtfertigen.

5. *Neque enim* etc. wir müssen die Benennungen neu schaffen, weil wir sie noch nicht haben; denn wir bekommen ja jetzt erst die Dinge; sind diese unbekannt, kann es auch keine bekannten Benennungen der Dinge geben; *sed* sondern es geschieht das eben überall, dass dann neue Benennungen geschaffen werden.

7. *transferre* 92. *artibus* 114. *appellandum* eine Benennung erhalten muss.

*c*) § 212—219.

11. *iam* gleich hernach (221 ff.). Brut. 96. 171.

12. *comprehensiones* die Gesamtperioden 149. *conclusiones* die periodisch abgerundeten Sätze.

13. *a primo* anfänglich. *incitatius* 67, der raschere Gang wird durch die kurzen Versfüsse, der langsamere durch die gedehnteren hervorgebracht.

14. *cursum* einen raschen Gang; *contentiones* in der Hitze des Gefechts, wo es sich um Beweis und Gegenbeweis handelt ad Heren. III, 23 contentio est oratio acris et ad confirmandum et ad confutandum accommodata.

15. *insistit* 170 das Schlussglied der Periode ist hinsichtlich des Tonfalls verschieden.

19. *eidem pedes* die chorei 191. Dionys. Halic. de comp. verb. c. 17 *ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστὼς, καλούμενος ὑπό τινων χορεῖος, τρίβραχυς πούς.* Quint. IX, 4, 82 tres breves trochaeum (efficiunt), quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochaei nomen imponunt.

20. *sua sponte* 115; *semper idem* 195.

Cadit autem per se ipse ille praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis. Me stante C. Carbo C. f. tribunus plebis in contione dixit his verbis: ‚O Marce Druse, patrem appello‘ — haec quidem duo binis pedibus incisim, — deinde membratim: ‚tu solebas dicere sacram esse rem publicam‘, haec autem membra ternis;
post ambitus: ‚quicumque eam violavissent, ab omnibus esse ei 214
poenas persolutas‘, dichoreus, (nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an brevis), deinde: ‚patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit‘; hoc dichoreo tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset. Quaero, nonne id numerus effecerit? Verborum ordinem immuta, fac sic: ‚comprobavit filii temeritas‘, iam nihil erit, etsi ‚temeritas‘ ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio. ‚At eadem verba,
eadem sententia‘. Animo istuc satis est, auribus non satis. Sed 215
id crebrius fieri non oportet; primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.

Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. 64
Nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis

1. *cadit* 168. 199; *praeclare* sehr vernehmlich, in die Ohren fallend.

2. *me stante*, ich war als Zuhörer zugegen. Tusc. III, 48 animadvertit Gracchus in contione Pisonem stantem.

4. *binis pedibus* die incisa (*κόμματα* 66, 223) bestanden aus je zwei Versfüssen: –́⏑–́⏑ | –́–́– (2 Trochäen: Marce Druse u. zwei Spondeen: patrem appello); die membra (*κῶλα*) dagegen (autem) aus je drei Versfüssen: –́⏑–́⏓, –́⏑⏑ | (⏑)–́⏑–, –́⏑– (2 Trochäen u. 1 Daktylus, tu solebas dicere und 2 Jamben u. 1 Creticus oder wenn man die Silbe sa als Vorschlagssilbe nicht rechnet, je 1 Creticus sacram esse rempublicam). Nach dem incisim und membratim gebildeten Teil des Satzes folgt dann die eigentliche Periode im engern Sinn (ambitus) mit dem imponierenden Dichoreus am Ende –́⏑–́⏑ (persolutas, comprobavit).

5. *sacram esse rempublicam* der Creticus wird von Cic. de or. III, 50, 193 ausdrücklich als guter Schlussrhythmus bezeichnet. Es ergibt sich in den angeführten Worten eine rhythmische Verbindung, wie sie sich unter andern häufig in den Chorliedern des griech. Dramas findet, z. B. Soph. Antig. 356 *πάγων ὑπαίθρεια καὶ | δυσόμβρα φεύγειν βέλη*.

7. *persolutas* wie gleichfalls in den Chorliedern des griech. Dramas z. B. Soph. Antig. 363 *ξυμπέφρασται* (*ὅς τάδ' ἔρδει*).

*nihil ad rem* 217.

9. *clamor* 107.

10. *nonne* in der indirecten Frage. Meiring Lat. Gr. § 725. Acad. II, 76 ex me quaesieras, nonne putarem post illos veteres tot saeculis inveniri verum potuisse.

11. *immuta* — *erit* § 167.

12. *quem* sc. pedem, den Päon (quartus) ⏑⏑⏑–́.

13. *probat* 193. de or. III, 183 probatus autem ab eodem illo maxime paeon. — Atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeone, posteriore finire.

*dissentio* d. h. andere Schlussrhythmen, wie z. B. der creticus können unter Umständen ebenso gut oder noch besser sein 215 ff.

15. *crebrius* 195. de or. III, 192 f. *agnoscitur* 189. 209.

17. *clausulae* speciell die Periodenausgänge oder Periodenschlüsse de or. III, 152; *numerose cadant* 149. 175. 199. 220.

18. *creticus* de or. III, 183 est paeon hic posterior — non syllabarum numero, sed aurium men-

paean, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex. Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, in quem optime cadere
216 censent veteres; ego non plane reiicio, sed alios antepono. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus, etsi, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior; habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo, adiungo, quod minimum sit, proxi-
217 mum superiorem, saepe etiam tertium. Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo qui habet tres breves trochaeus, sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus; numquam enim interest uter sit eorum in pede extremo. Sed eidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus; nihil enim interest dactylus sit extremus an creticus, quia postrema
218 syllaba brevis an longa sit ne in versu quidem refert. Quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam paean, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. Est quidem, ut inter omnes constat

sura par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa.

1. *spatio* 193.

*quam commodissime* ὡς ἐπιτηδειότατα; *illigari* 96. *duplex* s. ind. paeon.

3. *in primo* τῇ ἀρχῇ ἁρμόττει, *in extremo* ἐν τῇ τελευτῇ.

4. *in quem* 223 comprehensio .. in spondeum cadit; *cadere* sc. orationem s. sententiam (§ 199), welches Subject hier schwer vermisst wird.

8. *multo magis* sc. quam in ambitu 214. 223 ff.

9. *gravitate* Hor. art. poet. 255 Tardior ut paullo graviorque veniret ad aures (sc. iambus), spondeos stabiles in iura paterna recepit.

13. *trochaeus* 192; *sed* um das vorausgehende par zu beschränken; *spatio* 193.

15. *volubiliter* 210: also den Ausgang des Hexameters empfiehlt Cic. als Clausel nicht; daher nicht: esse videtur, sondern lieber videtur esse. Ebenso wäre nicht zu empfehlen: ⏑– | –́⏓ und ⏑⏑⏑ | –́⏓.

17. *uter* der Choreus (–́⏑) oder Spondeus; *in pede extremo:* pes im Sinne von Wortfuss, der die Stelle des Versfusses vertritt.

19. *nisi cum* ausser wenn der Daktylus der Stellvertreter des Creticus ist, also eigentlich der Rhythmus der ist: –́⏑–́⏑– (nicht –́⏓, –⏑⏑).

20. *nihil interest* 214. Quint. IX, 4, 93 Clausula quoque e longis firmissima est, sed venit et in breves, quamvis habeatur indifferens ultima. Neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quod videtur aliquid vacantis temporis ex eo quod insequitur accedere; aures tamen consulens meas intellego multum referre, verene longa sit, quae claudit, an pro longa.

22. *qui dixit* Aristoteles 214.

25. *quibusdam* Quint. IX, 4, 79 equidem Ciceronem sequar (nam is

antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc ‚amicos tenes', quovis loco aptus est, dum semel ponatur; iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis insignem facit. His 65, 219
igitur tot commutationibus tamque variis si utemur, nec deprehendetur manifesto id quod a nobis de industria fiet, et occurretur satietati. Et quia non numero solum numerosa oratio, sed et compositione fit et genere, quod ante dictum est, concinnitatis — compositione potest intellegi, cum ita structa verba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse videatur, ut apud Crassum: ‚nam ubi lubido dominatur, innocentiae leve praesidium est': ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria —: itaque si quae veteres illi (Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Formae 220
vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas est, ut sequatur numerus necessario. Nam cum aut par pari refertur aut

eminentissimos Graecorum est secutus) excepto quod pes mihi tres syllabas non videtur excedere; quamquam ille paeane dochmioque, quorum prior in quattuor, secundus in quinque excurrit, utatur. Nec tamen ipse dissimulat, quibusdam numeros videri, non pedes, neque immerito; quidquid enim supra tres syllabas, id est ex pluribus pedibus.

6. *insignem* zu auffallend de or. III, 182 sunt insignes percussiones eorum numerorum (des Jambus u. Trochäus).

7. *commutationibus* 209; *deprehendetur* Catil. III, 4 ut tota res.. a vobis manifesto deprehenderetur. Die Anwendung der industria an sich ist ganz in der Ordnung, aber man darfs nicht merken, wie oben 195 ut de industria factum *appareat* und gleich hernach sine ulla *aperta* oratoris industria. Daher ist wol zu lesen *id quod — fiet* ganz wie in der Parallelstelle de or. III, 193 horum vicissitudines efficient, ut neque ei satientur qui audient fastidio similitudinis nec nos *id quod faciemus opera dedita facere videamur* s. d. krit. Anh.

9. *compositione* 149. 202. *genere* etc. 181. 202. 164.

10. *compositione* etc. die Parenthese dient dazu, um an einem Beispiel zu zeigen, wie die Rede durch die Composition rhythmisch werden könne. *structa* 149. 20.

12. *non quaesitus* etc. 165; *ipse* von selbst de or. III, 182 natura — incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum.

*apud Crassum*, wahrscheinlich aus seiner berühmten im Jahre 106 gehaltenen suasio legis Serviliae. de or. I, 225.

13. *nam ubi* etc. Quint. IX, 4, 109 non quidem optime est sibi iunctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis, vel rhythmus qui nomen ab eo traxit: ‚nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est'; nam synaliphe facit, ut duae ultimae syllabae pro una sonent. Melior fiet praecedente spondeo vel bacchio, ut si mutes idem ‚leve innocentiae praesidium est.'

15. *itaque* ist eingeschoben, um die durch die längere Parenthese unterbrochene Rede wieder aufzunehmen, vgl. Madvigs lat. Sprachl. § 480.

16. *apte* 149. *ceciderunt* hatte rhythmischen Tonfall 168.

17. *formae orationis*, *σχήματα λέξεως* 164. 181. 135.

19. *par pari* das *πάρισον*, *contra-*

contrarium contrario opponitur aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur, quidquid ita concluditur, plerumque fit ut numerose cadat. Quo de genere cum exemplis supra diximus, ut haec quoque copia facultatem adferat non semper eodem modo desinendi. Nec tamen haec ita sunt arta et astricta, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est similis numerorum, an plane e numeris constet oratio. Alterum si fit, intolerabile vitium est; alterum nisi fit, dissipata et inculta et fluens est oratio.

66, 221 Sed quoniam non modo non frequenter, verum etiam raro in veris causis ac forensibus *disceptationibus* circumscripte numeroseque dicendum est, sequi videtur, ut videamus quae sint illa, quae supra dixi incisa, quae membra; haec enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quattuor fere partibus, quae membra dicimus, ut et aures impleat et ne brevior sit quam satis sit neque longior. Quamquam utrumque nonnumquam vel potius saepe

*rium* etc. das *ἀντίθετον*, *similiter cadunt* die *ὁμοιόπτωτα* 38. 174.

2. *concluditur* periodisch zusammengefasst, abgeschlossen wird; *numerose cadat* 64, 215 ff.

3. *supra* 165 ff.; *copia* der Reichtum, der die Auswal gestattet; *facultatem* die Möglichkeit.

5. *haec* die Vorschriften des oratorischen Rhythmus de or. III, 190 nec sunt haec rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda; *astricta* de or. III, 184 illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non astricte, sed *remissius numerosam* esse oportere; — *laxare* 176.

6. *numerosa* 198. *vitium* 189.

8. *dissipata* 233. 235, wie 196 u. 198 dissoluta, im Gegensatz von conclusa mit ‚hier und da, zusammenhangslos und unordentlich zerstreuten Gliedern'. de or. I, 187 omnia fere ‚quae sunt conclusa nunc artibus dispersa et dissipata quondam fuerunt'. Brut. 216.

9. *inculta* roh (vgl. 172) und ohne Spur einer feineren Bildung, ungeschliffen, im Gegensatz von apta; daher auch von Personen Brut. 117 sed ut vita sic oratione durus, incultus, horridus; *fluens* 198.

2) § 221—226.

11. *ac forensibus disceptationibus* s. d. krit. Anh. Die verae causae stehen den fictae, den gemachten Redethemen des *γένος ἐπιδεικτικόν* oder der sophistischen Schulberedsamkeit (37. 207. Brut. 316), die forenses disc. den disputationibus philosophorum entgegen; die verae causae sind wirkliche Processe vor Gericht, in denen es sich um reale, nicht um fingierte Dinge handelt; die discept. for. sowol iudiciorum als deliberationum sind die Kämpfe des Staatsmannes apud iudices und in der contio, wo es sich um Entscheidung der wichtigsten Lebensfragen, nicht um Disputs oder Räsonnements über Fragen ohne alle praktischen Folgen handelt 37. 207 f. 170. de or. I, 65. 22.

*non frequenter* eben wegen des Ernstes der Sache, der die rhetorische Kunst des *γένος ἐπιδεικτικόν* verschmäht: ne quid data opera dicere videamur 51, 170; 12, 38 quae in veritate causarum et certe occultius; *circumscripte* 38.

13. *supra* 211; *ambitus* 204; *comprehensio* 149.

*quattuor* Demetr. de eloc. 16 *τῶν δὲ περιόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐκ δυοῖν κώλοιν συντίθενται, αἱ μέγισται δὲ ἐκ τεττάρων· τὸ δ' ὑπὲρ τέτταρα οὐκ ἔτ' ἂν ἐντὸς εἴη περιοδικῆς συμμετρίας*. Quint. IX, 4, 125 habet periodus membra minimum

accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum, ne
brevitas defraudasse aures videatur neve longitudo obtudisse. Sed
habeo mediocritatis rationem; nec enim loquor de versu et est
liberior aliquanto oratio. E quattuor igitur quasi hexametrorum 222
instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio. His
igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in
ambitu coniungimus. Sin membratim volumus dicere, insistimus,
itaque cum opus est, ab isto cursu invidioso facile nos et saepe
diiungimus. Sed nihil tam solet esse numerosum quam hoc, quod
minime apparet et valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi:
‚missos faciant patronos: ipsi prodeant‘; — nisi intervallo dixisset:
‚ipsi prodeant‘, sensisset profecto se fudisse senarium; omnino me-
lius caderet, ‚prodeant ipsi‘; sed de genere nunc disputo, — ‚cur 223
clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias
comparant contra nos?‘ Prima sunt illa duo, quae κόμματα

duo; medius numerus videtur quattuor, sed recipit frequenter et plura.

1. *insistendum* 170; *ne brevitas* etc. in chiastischer Stellung: das Gehör verlangt eigentlich mehr u. wird daher beeinträchtigt, wenn man vor dem erwarteten Ziel einhält; *obtudisse* das Gehör ermüdet und wird stumpf, wenn man zu weit, ohne Aufhören über das Ziel hinausgeht. de or. III, 191.

3. *mediocritatis* de off. I, 89 mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum.

4. *liberior* de or. III, 184 neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poetarum, quos necessitas cogit et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut nihil sit ne spiritu quidem minimo brevius aut longius quam necesse est; liberior est oratio.

*e quattuor* etc. d. h. ex eo, quod quattuor quasi hexametrorum versuum instar sit, constat.

5. *his igitur* etc. an diesen vier je einem Hexameter gleichen Reihen stellen sich gleichsam die vier Knotenpunkte dar, die im ambitus (der Periode) verbunden werden und so ein gegliedertes Ganze bilden, wie etwa die vier Stücke eines Kranzes, die mittels der vier Knoten zu einem Kranze zusammen zu binden sind.

7. *sin* der ganze Kranz ist der ambitus; wollen wir aber in Gliedern (κατὰ κῶλα) reden, so vollenden wir das ganze Rund nicht, sondern brechen ab.

8. *invidioso* 170 nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur; *sed* aber damit reden wir erst recht rhythmisch.

9. *solet* s. den krit. Anh.

*hoc* sc. membratim dicere.

10. *minime apparet* 219, damit fällt die invidia weg.

*illud Crassi:* wol auch aus der Serviliana 219.

11. *missos* etc. die beiden Sätze missos f. patronos und ipsi prodeant, durch eine kleine Pause (intervallo Quint. IX, 4, 108) im Vortrag von einander geschieden, sind die incisa (κόμματα). *prodeant* etc. sc. equites Einl. I zu Cic. de or. § 10, 82.

12. *fudisse* 210, aus Versehen, nicht data opera de or. III, 194; *omnino* ‚überhaupt‘, *caderet* abschliessen 199.

13. *de genere* d. h. es handelt sich hier nur um die Begriffsbestimmung von membrum und incisum im Allgemeinen.

14. *cur oppugnant* das ist drittens das eine κῶλον oder membrum, s. u. Z. 1, S. 146.

*cur de — nos* ist die gleichfalls nach einer kleinen Pause folgende, zwar kurze, aber gewichtige comprehensio, der Periodenschluss. *de perfugis nostris,* aus der Senatspartei.

15. *comparant — cadit* s. d. krit. Anhang.

Graeci vocant, nos ,incisa' dicimus; deinde tertium κῶλον illi, nos
,membrum'; sequitur comprehensio non longa quidem — ex duobus enim versibus, id est membris perfecta est — sed in spondeos cadit. Et Crassus quidem sic plerumque dicebat, idque ipse genus
67 dicendi maxime probo. Sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: ,domus tibi deerat? at habebas; pecunia superabat? at egebas'; haec incise dicta sunt quattuor; at membratim quae sequuntur duo: ,incurristi
224 amens in columnas, in alienos insanus insanisti'. Deinde omnia tamquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur: ,depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti'. Dichoreo finitur; at dispondeis proximum illud; nam in eis, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas facit ipsa liberiores pedes; saepe enim singulis utendum est, plerumque binis,
225 et utrisque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius. Incisim autem et membratim tractata oratio in veris causis plurimum valet, maximeque eis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nostra in Corneliana secunda: ,o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda!' Membratim adhuc, deinde caesim, ,diximus', rursus membratim: ,testes dare volumus'. Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior:
226 ,quem, quaeso, nostrum fefellit ita vos esse facturos?' Nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius quam binis aut ternis ferire verbis, nonnumquam singulis, paullo alias pluribus, inter quae variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio; quam perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam

1. vor κῶλον ist *quod* im Gedanken zu ergänzen, wenn es nicht ausgefallen ist.

3. *in spondeos cadit* Quint. IX, 4, 101 duo spondei non fere se iungi patiuntur, quae in versu quoque notabilis clausula est, nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: ,cur de perfugis nostris comparat is (l. comparant) contra nos' una syllaba, duabus, una; — comparant | contra | nos.

5. *efferuntur* de or. III, 40 ut Latine loquamur, videndum est ut verba efferamus ea, quae nemo iure reprehendat.

6. *aptissime cadere* 168.

*apud me* in der Rede pro Scauro c. 45.

10. *crepidine* wie auf einem Unterbau, der jene Teile trägt.

12. *finitur* in aestumasti (–́ ⏑ –́ ⏑); *proximum* sc. insanisti (–́ – –́ –).

13. *in eis* d. h. den incise dictis: at habebas (⏑ ⏑ –́ –) — at egebas (⏑ ⏑ –́ –).

*ut pugiunculis* ,wie Nadelstiche'.

14. *liberiores pedes* also hier: den ionicus a minori.

*saepe:* zur Begründung von brevitas: im κόμμα braucht man oft nur je 1 bzw. 1½, oder je 2 bzw. 2½ oder höchstens je 3 Versfüsse.

16. *in veris causis* 221.

18. *in Corneliana* s. ind. Cornelius.

19. *caesim* Quint. IX, 4, 122 fiunt etiam singulis verbis incisa: ,diximus, testes dare volumus'; incisum est ,diximus'.

24. *ferire* wie oben pugiunculis uti; *inter quae,* nämlich den incisa.

25. *variis clausulis* mit wechselnden rhythmischen Ausgängen.

*raro* hin u. wieder; denn die Regel ist allerdings, dass die comprehensio nach den incise und membratim dicta das Ganze abschliesst.

26. *quam* d. h. wol in der eben

vult, alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas. Et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quaerat quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa Crassi et nostra posui, ut qui vellet auribus ipsis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. Quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.

Nihil enim est aliud, Brute, — quod quidem tu minime 68, 227
omnium ignoras — pulchre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. Sed nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec verborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum, et horum utrumque numerus illustrat. Numerus autem (saepe enim hoc testandum) est non modo non poetice vinctus, verum etiam fugiens illum eique omnium dissimillimus, non quin eidem sint numeri non modo oratorum et poetarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus, sed ordo pedum facit, ut id quod pronuntiatur aut orationis aut poematis simile videatur. Hanc igitur, sive compositionem sive per- 228
fectionem sive numerum vocari placet, adhibere necesse est, si ornate velis dicere, non solum, quod ait Aristoteles et Theophrastus, ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere, verum etiam quod multo maiorem habent apta vim quam soluta. Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus

angegebenen Weise; *ille quoque* wie die andern modernen Pseudoattiker.

1. *alterum* ein zweiter Demosthenes, also keineswegs so ,periodenarm', wie jene s. g. Attiker meinen. *saltat* hüpft, wegen der kurzen Pas, die er macht; *incidens* durch die fortwährenden incisa, die nie von einer comprehensio unterbrochen werden, zerhackt er das Ganze in lauter kleine Teilchen.

4. *auribus ipsis* durch das blosse Gehör.

8. § 227—236 (de utilitate numerosae dictionis).

10. *lectissimis* 170.

11. *apte* 149. 170; *absolute* perfecte, concluse oratorisch abgerundet 182. 177.

13. *saepe* 67. 172. 187. 194. 198. 202. 221.

15. *non quin* etc. de or. III, 177.

16. *denique etiam* de or. III, 122. 185 in omnibus sonis atque vocibus.

